HABES HOC IN


libro cādide Lector Hebraicas Institutiones, in quib⁹ quicquid est grāmatices Hebraicæ facultatis edocetur ad amussim, de literis, punctis, accētibus, nomine, ꝛ nominum speciebus, de pronominibus, ꝛ eoruz cū nominibus, ꝛ verbis coniūctione, de verbo ꝛ verborū cōiugationibus, ꝛ distinctione, in perfecta, quiescentia, defectiua, geminata, de partibus indeclinabilibus, præpositionibus, cōiūctiōibus, aduerbijs, de regulis exponēdi arcanas literas ꝛ de figuris, vt paucissima sint desiderāda, quas nuper ædidit Reuerēdus sacræ theolo. Do. Sanctes Pagninus Lucensis prædicatorij ordi. ad cōmunem studiosoꝝ vtilitatē.

Cum priuilegio apostolico, et Christianissimi Regis,

¶ ὁ τὴν πρὸς περισπερχῆ νεολαίαν ἀρχηγὸς
ὁ, ττ᾽ ἀρ᾽ ἑβραίων ἢ σποράδην ὅθεν ξυστε ὅτε λέκτοις
ἀμπώσθ πορέω, ῥᾶστα μία μὲν ἐγώμ.

אחזה לכספר פרצן מן כלרנר
בשנת המשבח א"ב ע"ג
מיום י' תמוז

¶Reuerendissimo ac illustri in Christo Patri ac. D. Domino Federico Fregosio Archiepiscopo Salernitano Sanctes Pagninus Lucensis sacræ Theologiæ minimus professor. Sa. P.D.



uũ me cum tacitus expẽdo, ac reputo Reuerẽdissime. Do. nõ modo tuũ illustræ genus, nõ infulæ dũtaxat dignitatẽ, verũ etiã tui animi dotes, ac virtutes (quæ ignobilẽ quẽlibet summa possent ingenuitate donare) nõ possum te nõ suspicere, admirari, amare, colere. Agis quæ partes tuæ sunt, iples episcopi functionẽ, vt non immerito duplici honore dignus, & sis, et habearis, vt interim taceam bonarũ literarũ studia. Quippe post latinas, græcasq; literas diuversatas, cœpisti & hebraicis nauare operam, vt ẽ sacris literis (quæ hominẽ instruũt ad salutẽ) veluti ẽ fauis, mella diuinorũ excuteres sensuũ, & relictis cœnosis riuulis, lacunisq;, ẽ lympido sacrarũ litterarũ fonte, aquas haurires salutares. Uerum enimuero, quum te hisce in literis (quæ subdifficiles sunt) laborantem conspexissem (quod idoneo carebas præceptore) de te, posterisq; benemereri peroptans, institutiones Hebraicas, quas olim elucubraui, rescribere orsus sum, in quibus quicquid de grammatica facultate posteris proditum est ab hebræis scriptoribus, ad amussim coegi, per libros, capitaq; digessi, vt

inuentu cuncta forent pfacilia Et vt mea fert opinio, sacris in literis nihil est difficile, quod ijs libris nō fiat perfacile. Quo circa vt hos libros perlegas sæpius et rogo, et obsecro. Hebræa latina feci, apices et accentus subieci, loca citaui è diuinis literis, ne quid post hac scrupuli, aut difficultatis, tibi, cæterisq; studiosis, relinqueretur. Quæ res vt liber esset prolixior, effecit. Sed eius (vt arbitror) prolixitatem, breuissimaz reddent, non modo eius vtilitas, commoditasq;, verumetiam præstantia, et excellentia hebraicæ linguæ, vt pote quæ deum habet authorem, quæ naturam et sequitur, et imitatur: quamquam sunt plæriq; suis studijs, suaq; lingua contenti, qui post Diui Hieronymi interpretamenta, Hebraicis literis operam dare, super uacaneum putant, quibus primum dicendum est hanc linguam (vt et ceteræ) propria habere idiomata, proprios habere tropos, & peculiares loquendi modos, quos aliena exprimere lingua ita significanter aut impossibile, aut certe perdifficile sit. Quo fit vt non modo ornatus, verumetiam et sensus nonnihil patiantur et iniuriæ, et iacturæ sacræ literæ, etiam perfidos interpretes translatæ, vt interim taceam quod in alienam linguam translatæ semper ad intelligendum difficiliores, ingratiores, nonnunq; alienæ: ne dicam aliæ sunt, vel ob interpretum ignorationem, vel ob linguæ latinæ paupertatem. Sacris præterea in literis ob easdem causas sunt plæraq; non interpretata tam hebræa, quam græca vocabula, quæ ob harum ignorationem linguarum deprauatim, et scribuntur: et pronunciantur. Omitto multiplicia sensa, taceo mysteria, quæ ex ipsis verbis: et verborum excuti possunt interpretamentis, quæ linguarum dumtaxat peritia, erui possunt. Multa præterea ob librariorum in curiam sunt vicia ta, immutata: corrupta quæ

non nisi per viros linguarū peritos emēdari possunt Hebræa vero volumina, nec vna ĩ dictione corrupta reperies. Quocirca explodenda ē illorū sentētia, qui dicūt sensū quærimus, non verba, Unde.n.nisi ex ipsis verbis, sensus elicitur? Quæ si qͣ spiam ignorauerit, quo pacto authoris sensū, asseq̄ poterit? Sed Hieronymū ĩquiūt habemus liguarū peritissimū, q̄ nobis vtrū ꝙ trāstulit instrumētū, non est operepreciū vt curā, operā, studiūve ĩpēdamus literis hebraicis pro arcanis literis, tāꝙ suopte gladio ꝯfodi nequeāt. Dicāt mihi. Ante Hieronymi tēpora (immo Hieronymi tempestate) nō fuerūt viri doctissimi, qui hebraicā, qui græcā, qui latinas callebāt literas, q̄d opus erat Hieronymi translatione? Sed emendatiora inquiūt sunt latina exemplaria græcis, et hebraicis citantes illud Hieronymi ĩ epistola ad Desideriū, quæ arcanis præponit lr̄is. Emēdatiora sunt exemplaria latina ꝙ græca, græca ꝙ hebræa, vt interim taceā ꝙ Hieronymi peruer tūt sensum, Si latina exēplaria sunt emendatiora, vt quid Hieronymus tot annis in hebræis trāsferēdis desudauit? Cur opꝰ erat eius translatione? Cur nobis tradidit in emendatiora? Quāobrē suscæpimꝰ, colimus ĩ emēdatiora? Quare ꝑ illis digladiamur? Si hebraicis ĩ literis, vt in eadē Hieronymus ꝓdidit epistola, sūt plæraꝙ testimonia ab euāgelistis citata vt illud. Ex Aegypto vocaui filium meum, et qm̄ Nazareus vocabitur, et videbunt in quē trāsfixerunt, ⁊ flumina de vētre eiꝰ fluent aquæ viuæ, quæ non inueniebantur in latinis codicibus, quo pacto latina erant emēdatiora? Si emendatiora sunt latina, quam ob causam in emendatioribus emendat emēdatiora? Cur hebræa præcipit volumina petere, vbi quippiam scrupuli, aut mendi veteri inciderit in instrumento? Optarim præterea vt Hieronymi mihi germanam ostenderent translationem. Quæ.n. passim legitur, nō

est

est Hieronymi incorrupta trāslatio, vt in epistola ad Clementem pontificem maximuz multis ostendimus argumētis, præterea Hieronymū fuisse hominez, et potuisse errare sua in trāslatione, vel ob sui præceptoris imperitiam (vt interim taceam impietatem q Christianus non foret) vel ob ipsius Hieronymi celerem æditionem, inficiabitur nemo. Quippe et ipse Diuus Hieronymus veritatis amator et retractare, quæ errauit, et se deceptum verbi ambiguitate, ob transferendi celeritatē, suis in Isaiam commentarijs, fateri non est veritus. Melius inquit reor etiam proprium errorem repræhendere, q̄ dum erubescō imperitiam confiteri, in errore persistere etc. Quis. n. vnq̄ fuit adeo doctus. qui non sit alicubi hallucinat⁹? Labor Diuini Hieronymi nostræ non debet patrocinari negligentiæ, Sed pellicere ad linguarum studia, præsertim hebreæ, et græcæ, ne semper alienis cernamus oculis, ne alienis ambulemus (vt aiunt) pedibus, ne sacras tractemus literas, non instructi linguis ipsis, quibus æditæ sunt, sine quibus (vt par est) profecto tractari nequeūt. Sed ne Mineruam docere, et currētem calcaribus vrgere, videamur, receptui canentes, iam de lingua hebraica dicere aggrediamur. Vale tui ordinis decus et columen.

INDEX Primi Libri Hebraicarum Institutionũ.

¶ INDEX secundi libri.

interdum

¶ INDEX Libri Tertij.

¶ De verbis

INDEX Quarti Libri.

Castigationes.

Pagina.5. colūna.I. linea.9.
scribe יָנָם. Et pagi.7.co.I.li.3.
חֵרֶם, et co.2.li.24. חָכְמָה. Et pa.
10.co.I.li.9. הִשְׁבַּתִּי. Et pag.13.
co.2.li.19. Ichtéuu. Et pag.15.
co.I.li.18. שָׁלֵו. Et pag.19.co.I.
li.13. sic ו. Et pag.20.co.I.li.21.
mō, Et pag.39.co.2.li.7. נְתַתִּיךָ
Et pa.40.co.I.li.22. כִּיתָה. Et
pa.47.co.I.li.12. נִשְׁמַע, Et co.
2.li.16. נֶאֱמָן. Et pagi.50.co.2.
li.29. וְנִגְנַבְתִּי. Et pa.55.co.I.li.
8. וּשְׁמוּעָה. Et pag.56.co.2.li.3.
dele. in et scribe fortitudinē. Et
pagi.60.co.2.li.5. הֲוִכּוֹ. Et pa.
61.co.I.li.8. תַּנִּים. Et pa.63.co.
I.line.24. וִירִשְׁתֶּם, et co.2.li.22.
וְעָמָה. Et li.29. סְפִירוֹת. Et pag.
64.co.2.li.20. וַשְׂבִּיעֵנִי. Et pa.
69.co.2.li.30. טְהוֹרָה. Et pagi.
71.co.2.li.19. הָעִיר. Et pagi.74.
colūna.I,

colū.1.linea.9. צַדִּיקִם Et pa.77. col.2.linea.28.guntur. Et pag. 78.colum.2.linea.28.quod lati ni infinitiuū. Et pagi.82.col.2. liñ.18,lier אֲחַת, ⁊ pagi.83, col.1. li.25. דְרֵיוֶשׁ Et pagi.89.colum. 2.linea.6, וְאַר Et pa.90.colū.1. li.3. וְאַרְבָּעִים Et pa. 93. colū. 2. linea,26,ducēti. Et pagi,97, co lum.1.lib.2, יָג scribe גָּ. Et pa gina.100.colum.2.li.13.pro ma nicantibus scribe surgentibus. Et pa.101.colum.1.lib.21, iaciē tium. Et pagina.102.colum. 2. lib.5.⁊.6. אוֹרְחוֹ שֶׁיְהוּ Et pagina 106. colum. 2. linea. 27. חָיִיבִי ⁊ colum.2.linea.5.vestra et liñ. 28. תּוֹרוֹתַי Et pa.109.co. 1. li.23. speciei Et pagina.110.colum.1. linea.7. אֱלָם Et pagi. 119.colū. 1.linea.18.pa. Et pagi.120. col. 1.lin.18.dele. פְּדוּי Et pagi. 121. col.2.linea.4. עֲבוֹתוֹת Et pa.131, col.1.linea.23. terrores. Et pa gi.133.colū.2.linea.2. בְּשׁוּרָךְ Et Et pagi.138.col.1.linea, 27. est. Et.140.col.1.linea.24. דַּרְבוֹן et colum.2.linea.26. וְאֵת Et pagi na.144.colū.2.li. 14. absolutū Et pa.150,col.1, linea, 8, הֵן Et

pa.151.col.1.linea.22. Jabazér Et pa.152.col.1.li.6.capite. Et pagina.153.col.1.li.21. מִשְׂדָּ Et pa.156.col.2.li.30. עֵצָה Et pa. 141.co.2.li.7, Germē. Et pagi. 159.co.1.li.12.dele chiric ⁊ scri be Jod. ⁊ co.2.li.4. דוד ⁊ pa.166. co.1.li.19. מִמְּךָ ⁊ pa.167.co.1.li. 12.nē adde significet,et pa.175. col.2.li.16.iod adde צִיִּים Et pa. 177.co.2.li.3. דָּמִי ⁊ li.9.siue ⁊ li. 11.bouis. ⁊ pa.188.col.2.liñ.13. dis, ⁊ li.16. פִּלְאָן ⁊ pa.193.co.1.li. 13.post sūt adde cū. ⁊ pa.196.co. 1.li.28.sīc. ⁊ co.2.li.27.us. ⁊ pa. 199.co.2.li.23.vna cāticoꝝ. Et pa.200.co.2.li.4.speræ, ⁊ li.15, plē ⁊ pa.201.co.2.li.7.alia,et li. 15. כִּבְרָלִים ⁊ pa. 215.col.1. li. 23. Quō ⁊ pa.224.co.1.li.16. צֶמַח et li.22.itrāsitiuū, ⁊ pa.225.co.2. li.3.doceo.et pa.233.co.2.li.5. breuis scribe lōga. ⁊ pa.236.co. 2.li.17.tatura. ⁊ pa.242.col.2. li.11.lauādū, ⁊ pa.248. co.2. li. 24. וַיִּצְלַח ⁊ pa.251.pa.2.li.18.po puli scribe polluit,et linea. 24. תְּבַטְּחִי Et pa.252.co.1. linea.8. dele,secunda ⁊ liñ.10.Dele,Se cunda et linea.11. dele, eandem

habent ꝛ lin.12.dele.vocē sensu discernūtur, Et pag.257.col.1, li.1.in pfectis, ꝛ.12.dele.seuá, ꝛ li.13.post ꝛ adde cū, ꝛ linea.26. cōmuniter. Et pagi.262.col.2. כְּקָרְתָה. Et pagi.271.colū.1.li. 26.ostendā. Et pagi.272.colū. 2.li.4. יַעְמְשֵׁנִי. Et pagi.282. col.2.li.20.pronomini. Et pagi.289.colū, 2.li.17. אֶעֱנֶה, et pagi.290.colū.1.li.16.faciē, ꝛ col, 2.li.27.ne scribe.nec.et.pa. 295.colū.2.li.3. נֹאבֶה ꝛ תֹּבֶאה

Et pagi.297.colū.1.li.8. הַמְּקוֹר Et.pagi.303.colū.1.li.1. adde i principio. Aut dictioni longæ, et pagi.316.colum.2.li.8.contendere. Et pagi.334.colū.2.li.17.irasci, Et pagi.337.colū.1.li.21.gutturali. Et pagi.339.colum.2.li.20.suspensus. Et pagi.359.colum.1.li.12.dele. ¶,et scribe ꝙꝙ dici, et pagi.382.colum.2.li.17.participio, Et pa.390.col.2.li.19.vice ꝛc.

¶ Bartholomei Ruffi Gri-
maldẽsis prouĩcialis En-
decasyllabon in Sanctẽ
Pagninũ Lucen. Sa-
cræ Theolo. Do-
ctorem.

D Iknatam nitido (ferũt) lycæo.
Urbẽ Mopsopiã, decusq linguæ
Præstãs, & titl'os tulisse Pith⁹
Ut nomẽ fuerit datũ perenne,
Hic pars italiæ vocata magna
Olim græcia, sic parauit ingẽs
Nomẽ: sic pueros nutriuit illa
Phocis romuleos, docẽs Mi-
neruæ.
Mores egregios: fuitq miris.
Insignita bonis, vt inde qcqd.
Mẽtis perspicuæ ferox ppago
Gallorꝫ retinet, trahat, qd aũt
Est mirũ? mõ Auenio refulget
Pulchris dotibus his, bonus, disertus.
Solers, & triplicis decore liguæ
Romanæ, et solymæ, simulq graiæ,
Sãctes hãc decorat refert⁹ ille.
O tu nũc moderator vrbis, atq
frãcisce eximio monarcha sce-
ptro
Suffulte: accipies virꝫ lubẽter
Qui te post cineres feret per orbem.

Multũ se tibi Auenio fatetur
esse.
Deuinctam, regioq franca, tã-
to,
Oratore, poeta & hinc trilingui
Ornato eloquio, et dei potẽtis
Aura, quid melius viro pótẽti.
Quam virtutem animo viros
habentes
Amplecti, notat id qd illæ dotis
In se palladiæ fouet nitentis
Ciues vos rogito pedem fera-
tis.
Omnes vnanimes. parumpu-
tatis.
Ad cœlum gerere? et referre fa-
mam,
Hic vos ad superos vehet, fa-
uete.











¶ Institutiones Hebraicae nuper aeditae à reuerendo patre magistro Sancte pagnino Lucensi, ordinis praedicatorũ, declamatore apostolico, foeliciter Incipiunt.

¶ Liber Primus.

¶ Caput Primum Quid sit lingua: ꝛ quo appelletur nomine: ꝛ quis eius author.

Lingua, hebraice dr הַלָּשׁוֹן hallascón: et est aggregatio oĩm vocũ Hebraicarum humanarũ ad placitum aliquid significantium. Appellatur aũt lingua (quam ꝗ sunt sermonis instrumenta quinqꝫ) ꝙ nullum ad pronunciationem sermonis aptius sit instrumẽtũ. Proinde ꝛ doctrinarum linguam Isaias capite nuncupauit. 50. Domin⁹ deus dedit mihi לְשׁוֹן לִמּוּדִים lescón limudím, linguam doctrinarũ. Appellatur ꝛ שָׂפָה saphán: id est labium. 11. Geneseos capite. Et erat omnis terra שָׂפָה אֶחָת saphâh echáth, labij vni⁹, ꝙ labium primum, ꝛ apparẽs sit sermonis instrumentum, et veluti ostium, ꝛ ianua per quã sermo egreditur. Vocatur et פֶּה peh. i. os. iuxta illud Exodi capite. 4. Quis posuit פֶּה

peh.i.os homini. Dicitur et גָּרוֹן gharón:idest guttur.capite Isaïae.58. Clama בְּגָרוֹן Ve gharón:idest in gutture: q̄ in gutture,ad aërem(qui est medium in locutione)quaedã sit dispositio. Quippe citra aëris attractionem,⁊ respirationem ad arteriam vocalem loqui potest nemo. Nomine vero palati,aut dentium non appellatur q̄ in locutiõe cooperari ita apparenter,⁊ sensiliter haec non videantur instrumẽta. Huius vero linguae author deus fuit maximus, optimus, qui eam creauit,qui eam primum docuit hominem,cunctis linguis (in quas deïnde fuit diuisa)et perfectiorem,et ad legendum aptiorẽ. Quippe primus ipse rebus omnibus nomina indidit,⁊ imposuit:quãq̃ sunt qui in Adám protoparentem hoc referãt:quoniam.2.Geneseos capite scriptum est,Et vocauit Adám nomina omni animali, et omne qđ vocabit eũ Adám animae viuẽtis est nomẽ eius. Sed quod ait,Et adduxit ad Adám,vt videret quid vocaret eum:liquido ostẽdit primũ illum non fuisse authorẽ:perinde ac si dixisset,Quum deus congrua imposuisset singulis rebus nomina,vt primi hominis quem creauerat,sapiẽtiam ostẽderet:adduxit ad eum caetera,quae creauerat viuentia, vt videret,an ille iisdem nominibus,quibus ipse appellauerat animantia,vocaret. Qui quum iisdẽ ea vocasset nominibus, quae ipse imposuerat Deus,ostẽdit eam,qua oppletus fuerat,sapiẽtiã.Et Adám quidem viuentibus dumtaxat noïa indidit,quae Deus primum imposuerat:caeterarum vero rerum omnium substantiarum,accidentiũq̃ nomina Deus ipse imposuit.Quando ergo dicit,q̄ omnis terra erat labij vnius:idest linguae vnius: intelligendũ est de lingua sancta,quae modo Hebraea dicitur:⁊ à priscis Judaïca: iuxta illud Isaïae capite.36. Ne loquaris nobis יְהוּדִית iehudíth, idest Judaïce.⁊ Nechemía:idest Nee-

est Neemiae. 13. Et nesciebāt loqui יְהוּדִית iehudíth. cui astipulātur nomina Adám: chauuáh, idest Euae, Cáin, Seth, & id genus, quae à nominibus, aut verbis ducuntur Hebraïcis: vt. 3. & 4. Geneseos habes capite. Haec igitur lingua sancta à Deo creata, perfecta, simplex, & immixta fuit, anteq̃ ob hominum superbiam, confunderetur: modo vero praeter libros sanctos, vt caeterae linguae, mixta est: vt aliis in locis copiosius disseruimus.

¶ De Linguae diuisione in tres partes. Cap. 2.

Omnis lingua (vt testant Rabbi Ionáh in Richmáh, & rabbi Dauíd in Michlól) tres habet principales partes: videlicet שֵׁם sem idest nomen: פֹּעַל póhal, idest verbum: מִלַּת הַטַּעַם millath hattháham, idest dictionē rationis: idest rationalē per quā intelligunt omnes partes orationis apud nos indeclinabiles, vt praepositiões, vt aduerbia, vt coniūctiones: quae res significant in ratione, aut sermone existentes, vt suo dicemꝰ in loco. Hanc partem plaerique כֵּלִים chelím appellāt, idest instrumenta: idest colligationes quaedam inter substantiam, & accidēs: seu inter nomen & verbum. Nomen enim significat per modum substantiae: verbum vero per modum accidētis. Et annotandum q̃ quemadmodum mundus diuiditur in creaturas penitus spirituales semper manentes: nulli vel motui, vel alterationi obnoxias: vt angelos: de quibus dictum est, Qui facis angelos tuos spiritꝰ. Et creaturas corporales, quae mouentur in loco, vt coeli, vt sphaerae: et in creaturas quae generationi, corruptioni, alterationi, motuique subiiciūtur: itidem & lingua diuiditur in nomen, quod significat per modum substantiae per se, & stantis, & perma-

nentis:⁊ in verbũ,quod ſignificat cum tẽpore,quod eſt menſura motus:⁊ in milláth hattábam,quod eſt colligatio nominis ⁊ verbi,quae nõ permanet.Et in hoc lingua hebraea non modo,quia prior eſt caeteris linguis:verumetiam quia naturã ſequitur entis,non flectens,nec per caſus ſua variãs nomina,vt Graeca,vt Latina. Et quia grammatica eſt facultas recte loquendi ⁊ recte ſcribendi:quod ſine voce effici nõ poteſt:vox autem conſtat ſyllaba vel ſyllabis:ſyllabae vero ex literis ⁊ punctis componuntur:idcirco de literis,punctis,⁊ ſyllabis differendũ eſt.

¶De Literis:quid ſit litera:quot ſunt:quae figurae:quae nomina:quae ſignificata. Caput.3.

Aóth הָאוֹת idest litera, eſt ſignum ad placitum impoſitũ voci humanae habenti aliquod punctum quod vice ponitur vocalis. הָאוֹתִיּוֹת Haothiióth,ideſt literae ſunt vigintiduae,quarum figurae ⁊ noĩa ſunt haec

א	אָלֶף	áleph	A
ב	בֵּית	Beth	B
ג	גִּימֶל	Ghímal	G
ד	דָּלֶת	Dáleth	D
ה	הֵא	He	E
ו	וָיו	Váu	V
ז	זַיִן	Záin	Z
ח	חֵית	Cheth	Ch
ט	טֵית	Theth	Th
י	יוֹד	Jod	J
כ ך	כַּף	Caph	C
ל	לָמֶד	Lámed	L
מ ם	מֵם	Mem	M
נ ן	נוּן	Nun	N
ס	סָמֶךְ	Sámech	S
ע	עַיִן	Haáin	Ha
פ ף	פֵּא	Pe	P
צ ץ	צָדִי	Sádi	S
ק	קוֹף	Coph	C
ר	רֵישׁ	Res	R
שׁ	שִׁין	Scin	S
שׂ	שִׂין	Sin	S
ת	תָּיו	Táu.	T.

Harum quinq; ſunt duplices: ideſt duplicẽ habent figuram: videlz

videlz caph, mem, nun, pe, sadi: prioribꝰ more Hebraïco videlicet כ מ נ פ צ scribit in principio, ⁊ medio dictionis. Alteris videlz ך ם ן ף ץ in fine dumtaxat dictionis, vt כִּי chi quia: אָכַל achál comedit, הָלַךְ halách ambulauit, מַיִם máim aquae, אָמֵן amén, נָתַן nathán dedit, יָנַק ianác suxit, lactauit: פָּחַד pachád timuit, אֵפֶר épher cinis, אַף aph etiam, צַדִּיק saddíc iustus, אֵצֶל ésel apud, אָץ as velox. Mem tamen finale semel dumtaxat, non citra magnum mysterium in principio repperitur dictionis. 9. Isaïae capi. in dictione מַרְבֵּה. i. multiplicatio. Quid autem hae significẽt lr̃ae in ep̃la ad Paulam vrbicã diuus Hieronymus hoc pacto interp̃tat, Áleph doctrina, Beth domus, Ghímal plenitudo, Dáleth tabularũ, He ista, Uáu et, Záin haec, Cheth vita, Theth bonum, Iod principiũ, Caph manus, Lámed disciplinae, siue cordis, Mem ex ipsis, Nun sempiternum, Sámech adiutoriũ, Haáin fons, Peh os oris, Sádi iustitiae, Coph vocatio, Res capitis, Sin dẽtium, Táu signa. idest Doctrina domus plenitudo tabularum, ista, et haec vita, bonum principium, manꝰ disciplinae (siue cordis) ex ipsis sempiternum adiutorium, fons (siue oculus) oris iustitiae, vocatio capitis, dentiũ signa. Hoc est Doctrina ecclesiae, quae est domus Dei, in librorum repperitur plenitudine diuinorũ. Ista ⁊ haec est vita. Quae enim alia potest esse vita sine scientia scripturarũ, per quas etiam ipse Christus agnoscitur, qui est vita credentium. Et q̃uis nunc sciamus vniuersa, quae scripta sunt, tamen ex parte cognoscimus, et ex parte prophetamus, ⁊ nunc per speculum in aenigmate videmus. Quum autem meruerimus esse cum Christo, ⁊ similes angelis fuerimus, tunc librorũ doctrina cessabit, ⁊ tunc videbimus facie ad faciem bonum principium sicuti est. Manus in opere, cor, et disciplina intelligũtur in sensu, quia ni-

hil facere possumus, nisi prius quae facienda sunt, sciuerimꝰ, ex ipsis scripturis sempiterna subsidia ministrantur, et sunt fons, siue oculus oris iustitiae. Et vocatio capitis nostri Christi est in his dentium: idest articulatarũ vocum signis. Scin quãdo habet punctũ in dextro cornu hoc pacto שׁ est s lene, et communiter legitur scin, ⁊ appellatur Scibóleth, quod spicam sonat. Sin vero sit in sinistro hoc modo שׂ communiter legitur sin densum, videlicet s vt sadi, vel sámech, ⁊ appellaᵗ sibóleth quod alueum notat. vnde. 12. Judi. ca. legitur. Dic scibóleth. At ille dixit Sibóleth ⁊c. Quod hebraei à dextera ad sinistram ⁊ scribant, ⁊ legant: qui addubitet est nemo.

De Punctis. Cap. 4.

Necudóth, נְקֻדּוֹת id est puncta dicunᵗ vocalium signa, ob eorum tenuitatem, ⁊ paruitatem sic appellata. Vocantur ⁊ רְשָׁמִים rescamím. i. impressiones: ⁊ תְּנוּעוֹת tenuhaóth, idest motiones: aut motus ꝙ per illa moueatur litera. i. pronũcietur, ⁊ מְלָכִים melachím, idest reges ꝙ ad eorũ imperium moueantur literae: et sunt decem teste. R. Dauíd in Michlól, quorum quinꝗ dicunᵗ tenuhóth baghedolóth, idest motiones magnae: ⁊ sunt vocales longae. Primum punctum est virgula cum pũcto iacens sub litera hoc modo אָ qđ facit a longum, vt עָמַד hamád, idest stetit: יָשַׁב iascáb sedit. Et vocaᵗ קָמֶץ גָּדוֹל camés ghadól, idest camés magnum. Secundum est duo puncta sub litera iacentia hoc pacto אֵ quod facit e longum, vt אֵפֶר épher, idest cinis: עֵץ hes, idest lignum, arbor. Et vocatur צֵרִי séri, et קָמֶץ קָטָן camés cathán, idest camés paruũ, ꝙ saepe veniat loco eius ⁊ quiescentẽ post se habeat literam, vt camés: vt inferius sumus dicturi. Tertiũ est punctũ sub litera sequente iod

hoc modo

hoc modo אִי ꝛ facit i longum: vt אִישׁ is idest vir: כִּים chis crumena, ꝛ vocatur חִרֶק chiréc, aut חִירֶק chiríc. Quartum est punctum in superiori sinistra parte literae positum ꝛ cum váu ꝛ sine váu hoc pacto אֹ vel אוֹ qđ facit o longum: vt פֹּעַל póhal opus: עוֹלָם hólám saeculum: ꝛ appellatur חוֹלֶם chólem. Quintum est pũctum in ventre, siue in medio váu positum hoc modo אוּ ꝛ facit v longum: vt הוּא hu.i.ipse: שַׁתּוּל scathúl: idest planctatus: ꝛ vocatur שׁוּרֶק scuréc. Sunt ꝛ alia quinq; puncta quae vocant tenuhóth chetannóth: idest motiones paruae: quae sunt vocales breues. Horum primum est virgula, seu linea sub litera, iacẽs hoc pacto אַ ꝛ facit a breue vt קַל cal, idest lene: הָלַךְ halách, ambulauit: ꝛ vocatur פַּתָּח גָדוֹל patách ghadól, idest magnum. Secundum est tria puncta sub litera, hoc modo posita אֶ, ꝛ facit e breue, vt אֶרֶץ éres, idest terra: חֶסֶד chésed, idest misericordia: לֶחֶם léchem, idest panis, et appellatur סֶגּוֹל seghól: et פַּתָּח קָטָן patách cathán: idest paruum, q̃ sepe eius veniat loco, ꝛ eius participet proprietates, vt suo in loco sumus dicturi. Tertiũ est pũctum sub litera positum nullo iod sequẽte: ꝛ facit i breue, vt אִם im, idest si: עִם him, idest cum: ꝛ vocatur חִרֶק בְּלֹא יוֹד chirec belo iod, idest absq; iod. Quartum est virgula, seu linea cum puncto, cui haerent duo puncta subalternatim posita hoc pacto אֳ ꝛ facit o breue, vt אֳנִי oní, idest nauis: חֳלִי cholí, idest aegritudo. ꝛ interdum non scribuntur illa duo puncta: ꝛ hoc quando sequens litera habet punctum, quod daghés appellant, vt רָנִּי rónni, idest lauda: רָנּוּ rónnu.i.laudate: ꝛ ita sequẽte sceuá quiescente, vt קָרְבָּן corbán.i.oblatio: חָכְמָה chochmáh .i.sapientia: קָדְשׁוֹ codscó.i.sanctitas eius: ꝛ ita quando duo sequuntur sceuáin, vt יָקְתְאֵל iocthél: יָקְדְעָם iocdhám: יָקְמְעָם iochmeám: quae propria sunt nomina, ꝛ nomen eius קָמֶץ חָטֵף camés cha-

théph.i.raptum,hoc est breue. Quintum est tria puncta sine váu hoc modo posita אֻ,ꝛ facit v breue,ꝛ appellat̃ שָׁלֹשׁ נְקֻדּוֹת salós necudóth.i.tria puncta: et קִבּוּץ שְׂפָתַיִם chibbús sephatáim.i.congregatio,aut collectio labiorum ꝙ in eius prolatione labia colligant̃,vt שֻׁלְחָן sculchám.i.mensa,ꝛ id genus. Sunt ꝛ alia duo composita,videlicet אֲ quod facit a breuius patách,ꝛ nomẽ eius chathéph patách,vt אֲשֶׁר ascér.i.qui:עֲצַת hasáth consilium,ꝛ אֱ quod facit e breuius seghól,ꝛ appellatur chathéph seghól, vt אֶעֱלֶה eheléh.i.ascẽdam.¶Est ꝛ שְׁוָא sceuá.i.duo pũcta subalternatim posita hoc pacto אְ:de quo sexto disseremus capite.¶Est et דָּגֵשׁ daghés punctũ intra literam positum,literam roborans hoc modo בּ ba.de quo sequenti dicemus capite,sicut et de רָפֶה raphéh.i.parua linea supra literã posita quae lenit hoc pacto בֿ va.

¶De Daghés, ꝛ Ráphéh. Caput.5.

Daghés igit̃ punctũ intra literã positum bifariã diuiditur,ꝛ variis fungitur muneribus,ꝛ officiis.Est enim daghés קַל cal.i.lene : et daghés חָזָק chazác.i.forte.Daghés lene est quod in capite ponit̃ dictionis,vt בְּרֵאשִׁית beresćith.i. in principio:ꝛ quod venit post sceuá,vt יִזְכּוֹר izcór.i.recordabitur:תִּזְכּוֹר tizcór,recordaberis. Et hoc non venit nisi in literis בְּגַד כְּפַת.i.literis contentis in praedictis duabus dictionib⁹, vt earum dirigat ꝓnunciationem.Sed daghés forte venit in vniuersis literis,quae recipiunt daghés praeterꝗ̃ in sex supradictis.Et in his cõtinentur dictionibus טַס שֶׁמֶץ נוֹזְלִים thas,séches,nozlím.Hae non admittũt daghés lene:sed forte . Proinde haud quaꝗ̃ raphatae reperiũtur memoratae literae . Venit autem daghés forte post memorata puncta, primum

primum quidem ob defectum nun radicalis literae, vt in verbis defectiuis ſumus dicturi, ⁊ in fine dictionis, vt נָתַן נָתַתָּ nathán, natátta .i. dedit, dediſti: ⁊ propter defectum literae deſeruientis, vt מִבֵּית mibbéth, pro מִן בֵּית min beth, è domo: מִשָּׂדֶה miſſadéh, pro מִן שָׂדֶה min ſadéh .i. ex agro: ⁊ propter defectum nun qđ eſt proprium coniugationis niphhál, vt אֶפָּקֵד eppachéd, p̄ אֶנְפָּקֵד inpachéd, ideſt viſitabor: יִפָּקֵד ippachéd, viſitabitur. Apponitur etiam ad oſtendendū coniugationis grauitatem, vt in cōiugatione pihél haddaghús, et puhál, et hithpahál, quorum ſecūda radicalis litera daghessatur, vt דִּבֵּר dibbér, ideſt locutus eſt: et id genus. Praeterea quū fuerint duae literae ſimiles, priore deficiente, altera, ob eius defectum, daghessatur, vt סַבּוֹתָ ſabbóta, ideſt circumdediſti à סָבַב. Ad haec poſt omne He, Caph, Lámed, ⁊ Beth notificatiuum: ⁊ He vocatiuum eſt daghés, vt הַבֵּית habbéth, ideſt domus: הַגָּדוֹל hagghadól .i. magnus. ⁊ Pſalm̄. 132. כַּשֶּׁמֶן הַטּוֹב caſſémen hatthób .i. ſicut vnguentum optimum, pro כְּהַשֶּׁמֶן cum He notificatiuo. ⁊ Pſal. 73. Reſpice לַבְּרִית labberíth .i. ad pactum, pro לְהַבְּרִית lehabberíth. ⁊ Pſal. 34. Humiliaui בַצּוֹם vaſſóm .i. in ieiunio animam meam. Et Numeri. 16. הַקָּהָל haccahál, ideſt o congregatio praeceptum vnum, ſiue ſtatutum vnum vobis: de quibus et alio in loco copioſius ſcripſimus. Praeterea quum váu vertit praeteritum in futurum, vel contra, ſequens litera daghessat, vt וַיֹּאמֶר vaiiómer, ideſt ⁊ dixit. וַתֹּאמֶר vattómer, ideſt ⁊ dixiſti. Sed et euphoniae gratia multoties litera daghessat teſte Rabbi Dauíd in Michlól, vt Iſaïae. 64. Montes נָזֹלּוּ nazóllu, ideſt defluxerunt. Ezech. 27. In nundinis tuis נָתְנָנּוּ nethanánnu, ideſt dederunt. Iudicum. 5. In Iſraél חָדֵלּוּ chadéllu, ideſt ceſſauerūt. Exodi. 15. מִקְּדָּשׁ michedás, ideſt ſanctuarium domine ⁊c.

mine &c. Prouer. 4. נִצְּרֶהָ nisse réba .i. custodi eam: et id genus. Postremo daghessatur litera ob defectum táu in omnibus verbis, quorum vltima radicalis litera est táu, vt הִכְּרַתִּי biccárti, idest succidere feci, pro הִכְרַתְּתִּי bichrátthti à כָּרַת caráth et sic הִשְׁבַּתִּי bisbáthi, idest cessare feci, pro הִשְׁבַּתְּתִּי bisbáthti a שָׁבַת sauáth. ¶ Literae vero non daghessabiles (teste rabbi Dauíd in Michlól) sunt quae continentur in hoc memoratiuo signo אֲהַחְעָר achhabér, quãq ר in nõnullis locis daghessatur: vt Ezech. 16. Non est praecisus שָׁרֵּךְ sorréch .i. vmbilicus tuus. &. 1. Reg. 10. הַרְּאִיתֶם barreithém .i. num vidistis quem elegerit dñs. Idem. 4. Reg. 6. &. 1. Reg. 1. eo q הַרְּעִימָהּ barrébimáh .i. improperabat. & Prouerb. 14. Cor quod nouit מָרַּת morráth .i. amaritudinem animae suae. Canti. 5. שֶׁרֹּאשִׁי scerrosí .i. quia caput meum plenũ est rore. Et sic qñ est in monosyllaba dictione, si longa praecedat dictio: vt Prouerb. 15. מַעֲנֶה רַּךְ mábaneh rach .i. responsio mollis. & Psalmo. 51. אָהַבְתָּ רָּע abáuta rab .i. dilexisti malum. & Ierem. 39. Ne facias ei מְאוּמָה רָּע meúmah rab, idest quicq mali. & Chabacúc ca. 3. מָחַצְתָּ רֹּאשׁ machásta ros, id est trãsfixisti caput. ¶ Aleph quoq quatuor in locis inuenitur daghessatum teste. R. Dauíd in Michlól. Leuitici. 23. תָּבִיאּוּ לֶחֶם tauíu léchem, afferetis panem. Gene. 43. וַיָּבִיאּוּ לוֹ vaiiauíu lo .i. & attulerũt ei. et 1. Hezrae. 8. וַיָּבִיאּוּ לָנוּ vaiiauíu lánu .i. & attulerũt nobis. & Iiób. 23. לֹא רֻאּוּ lo rúu .i. non fuerũt visae. De Raphéh. 8. & 9. dicemus capite nonnulla.

¶ De Sceuá. Cap. 6.

Sceuá non connumeratur inter alia pũcta, q vocales breues, aut lõgas efficiunt: tum q eius pronunciatio est vt Segból, imo breuior eo, tum q per se haud

quaq

quaq; reperiatur. Sed semper cum alijs regalibus punctis. Proinde & עֶבֶד béued.i.seruũ eum appellant. Deseruit autem praecipue punctis camés, patách,& seghól,quando corripiũtur. Sceuá igitur omne (vt prodidit Rabbi Jehudáh in libro Hassétber,et Hãméſech) quod est in capite dictiõis mouetur.i.pronunciat̃,vt בְּרֵאשִׁית berescíth.i.in principio. שְׁמוֹת scemóth nomina, סְפַרְדִי sephardí,idest Hispanus: דְבָרִים deuarím.i.verba,& id gen⁹. Et hoc nisi sequat̃ vna ex literis gutturalibus אהחע. Quippe gutturali litera sequẽte sceuá pronunciatur secũdum punctum gutturalis literae: vt קְחִי chichi.i.accipe: קְחוּ chuchú.i.accipite: תְּאֵנָה teenáh.i.ficus: פְּעוֹר Pohór nomen idoli, יְאַבֵּד iaábbed.i.perdet: מִגְּעָרְךָ migghohór bach.i.ab increpãdo te: יְהִי ihí.i.erit. excipitur tñ camés: quia sequẽte camés,sceuá pronũciatur vt patách,sicut גְּעָרָה ghabaráh.i.increpatio: קְעָרָה cabaráh,scutella: נְעָרִים naharim.i.pueri,& id genus. Quod et Rab. Dauid in Michlól,sequitur vbi de sceuá haec tradit praecepta. ¶ Annotandũ q̃ sceuá non est motus.i.punctum: sed pũctorum minister tribus modis. ¶ Primus est,quũ fuerit sceuá iuxta literas אהחע declinat eius lectio.i.pronunciatio ad pronunciationẽ sequentis literae gutturalis,siue habeat camés,siue patách,siue sere,siue chiréc,siue súrech, siue chólem,siue camés cathéph,vt in praedictis patet exẽplis. Et si cum sceuá fuerit accent⁹ ghabaiá,cuius proprium est elongare p̃nunciationẽ,tunc sceuá p̃trabit̃,& elõgat̃: vt Psal.35. Justitia tua כְּהַרְרֵי אֵל chábarere el.i.sicut montes dei.& psal.80. שְׂאוּ זִמְרָה súuzimráh.i.sumite cãticũ.& psal.118. תְּחִי tíchi.i.viuet anima mea. ¶ Secũdus est quum fuerit sceuá iuxta literã iod,eius lectio,& p̃nunciatio semper declinat ad chiréc, quamq; iod nõ est cum chiréc. sed cũ alio pũcto,vt בְּיוֹם biióm i.in die: יְיַחֵל iiachél. i. expectabit:

ctabit: בְּיַד biiád, idest in manu. Et si fuerit accentus ghabaía cum eo, dilatabitur, ⁊ elõgabitur: vt Psal. 76. בְּיַד־מֹשֶׁה bíiad Moscéh. i. in manu Moscéh. et. 52. וְיֵדְעוּ víiedhu. i. ⁊ scient, quia Deus dominatur in Iahacób. Sin vero cũ sceuá iungatur seghól, vel patách: tunc eius ꝓnũciatio declinat ad seghól, vel patách: vt הֱיֵה heiéh, idest esto: חֲיֵה chaiéh, idest viue. ¶ Tertius est, quum fuerit sceuá iuxta alias literas, quae aliquod habeãt pũctum, eius lectio, ⁊ pronunciatio declinat ad patách: vt בְּרָכָה barachâh, benedictio: קְלָלָה chalaláh, maledictio: רְשָׁעִים rascahím, idest impij: שְׁמֵנִים scamaním. i. pingues: גְלִילִים ghalilím, idest circuli: גְדוּדִים ghadudím. i. exercitus, cunei. Et si fuerit cum eo ghabaiá, dilatatur, ⁊ elongatur: vt Psal. 67. בְּמַקְהֵלוֹת bámachelóth. i. in ecclesiis benedicite deo. Sed Hebraei nostrae tẽpestatis (vt est in libro Ephód) non seruant praedictum legendi modũ in primo, et tertio modo praedictis. sed sceuá legũt vt seghól, idest per e breuissimum נְעָרִים nebarím, et ita in caeteris.

¶ De duobus sceuaín concurrentibus in medio, vel in fine dictionis. Ca. 7.

SI vero fuerit duo sceuaín i medio, vel in fine dictionis, prius quiescit, alterum vero mouetur, idest pronũciatur, vt יִשְׁמְעוּ ismehú, idest audient: יִלְמְדוּ ilmedú. i. docebunt. Et quando sunt in fine dictionis, quae sequẽti cohaeret dictioni per virgulam maccáph, tunc secundũ legitur, ⁊ profert ſm pronũciationem sequentis dictionis: vt Genes. ca. 50. וַיֵּבְךְּ־עָלָיו vaieb chaláu. i. ⁊ fleuit super eum. Ierem. 42. וַיֵּשְׁבְּ־יִשְׁמָעֵאל vaiesb Ismahél, idest ⁊ captiuũ duxit Ismahél residuum populi. Et Prouerb. 30. אַל־תּוֹסְףְּ־עַל־דְּבָרָיו Al tosp hal deuaráu, idest Ne addas super verbis eius. Et Isa. 47.

Isa.47. עַד לֹא שַׂמְתְּ אֵלֶּה עַל לִבֵּךְ
had lo samtélleh hal libbéch:
donec non posueris ista super
cor tuum. אַל יֵשְׁטְ אֶל דְּרָכֶיהָ לִבֶּךָ
al iesthél el derachéah libbé-
cha: idest Ne declinet ad vias
eius cor tuum. Si vero princi-
pium sequentis dictionis fue-
rit cum Seuá: siue Seuá se-
ghól: tunc erunt tria seuaím:
et duo quae sunt in fine dictio-
nis quiescent: vt Genes.ca.9.
יַפְתְּ אֱלֹהִים iaphthelohím idest
dilatet deus. Idem vsu venit
quū duo fuerint seuaím in di-
ctione versum terminante, vt
Gene.46. Et cecidit super col
lum eius וַיֵּבְךְּ vaiéuch: idest et
fleuit. Alij vero arbitrātur q
semper quiescant duo seuaím,
quae in fine veniunt dictionis,
etiā quae primo loco sunt me-
morata: & ita inuenitur in li-
bris correctis Iiób. 31. capite.
וַיִּפְתְּ בַּסֵּתֶר לִבִּי vaiáphth basé-
ther libbí: idest & seductum est
in abscondito cor meum. & Ge
nes.16. וְיֹלַדְתְּ בֵּן viioládth ben,
idest & paries filium. & Nume-
ri.21.ca. וַיִּשְׁבְּ מִמֶּנּוּ שֶׁבִי vaiésb

mimménnu seui, idest et capti-
uam duxit ex eo captiuitatem:
in quibus beth in baséther, et
in ben est cum daghés, et post
vaiésb est accentus paséc, & ita
dictiones praecedētes nō sunt
coniunctae cum sequentibus:
sed per se singulae leguntur cū
duobus seuaím quiescētibus.
Si enim essent connexae beth
esset raphatum, & non esset pa-
séc inter illas duas dictiones.
¶ Praeterea, si in medio di-
ctionis fuerint duo Seuaím,
et secundum fuerit sub literis
בְּגַד כְּפַת, tunc secundum mo-
uetur, & pronunciatur, & daghes-
satur litera ipsa leni accentu:
vt יִכְתְּבוּ ichteú, idest scribent: +
יִשְׁכְּרוּ ischerú, inebriabunt: et
id genus. Duo tamen inueniū-
tur quiescentia יָקְתְּאֵל iochtél,
יָקְדְּעָם iocdhám, quod forsan
accidit propter sequentes lite-
ras gutturales, teste. R. Da-
uid in Michlól.

¶ De Literis quae in fine quiescunt, aut punctātur cum seuá, & de He quādo in fine mouetur. Ca.8.

Litera

Litera in fine dictionis posita, quae non est ex literis אֲהֲוִי, neqꝫ habet punctum, legitur cum seuá apparenter quiescente, quamuis ꝙ sub litera non ponitur seuá, quia in ea nullus error contingere potest, vt אָכַל achál comedit: אָמַר amár dixit. Sub caph vero pronomine foeminineo ponit seuá, vt עֵינַיִךְ benáich.i.oculi tui: צַוָּארֵךְ sauuaréch.i. collū tuū: quia si poneret ibi camés esset pronomen masculinū. Ne qs ergo errandi capiat ansam, et occasionē, scribit cum seuá. Caph quoqꝫ radicalis litera in fine dictionis posita, semper est cū seuá, vt שָׁפַךְ saphách effudit: דָרַךְ darách, calcauit: et sic omnis litera בגד כפת daghessata in fine dictionis, est cum seuá, siue radicalis, siue sit deseruiens, vt וַיֵּבְךְּ vaiéuche, et fleuit: תִּשְׁתְּ tíste, bibes: וַיִּפְתְּ vaíphte, et seductum est: et in aliis literis, vt וַיַּשְׁקְ vaiásche, & potum dedit: יַשְׁטְ declinabit. Et hoc quia praecedens litera est cum seuá, & manifeste quiescit. Sed in וַיִּחַדְּ יִתְרוֹ vaiíchade, idest et laetatus est Ithró, Exodi.18. debuerat esse cheth cum seuá: sed est cum patách propter cacophoniam, & dáleth est cum seuá. ¶ Quando vero litera est raphata, tunc non habet seuá, siue radicalis siue deseruiens fuerit, quia non praecedit eā litera manifeste quiescens, vt עָשִׂיתָ hasítha, fecisti: בָּנִיתָ banítha, aedificasti: praeter caph de quo paulò superius dictum est. ¶ He quoqꝫ litera in fine dictionis posita, non habet seuá. Sed punctum sub se, quod appellant mappíc, quod eam manifestat, siue sit radicalis, siue deseruiens litera, vt גְּבֹהָהּ gheuáh, idest altitudo eius: יָדָהּ iedáh manus eius. ¶ Praeterea quando seuá mouetur, et profertur, & ei cohaeret vna ex literis בְּגַד כְּפַת: tunc ipsa litera בגד כפת raphatur, praeter שְׁתַּיִם scettáim: & שְׁתֵּי scetté, idest duo:

est duo: quia in capite dictio-
nis, cuius scin quiescit, praece-
dit áleph, quod vocant גְּנוּבָה
ghenuuáh, idest furto ablatũ,
eo q̃ non scribitur. Sed apud
orientales scribit אַשְׁתַּיִם astím
אַשְׁתֵּי asté. Inuenit tamen cum
táu raphato ſm normam: vt
Judicum. 16. מִשְׁתֵּי עֵינַי misthé
henái. i. de duob⁹ oculis meis.
Sed Jonáh. 4. ca. מִשְׁתֵּים עֶשְׂרֵה
plusq̃ duodecim. Mem est cũ
accentu maarích: ⁊ scin quie-
scit propter daghés ipsius táu.
Et sic quãdo sunt duae dictio-
nes inter quas est maccáph vir
gula coniũgens: vt Zacha. 4.
מַה־שְּׁתֵּי mahscé, idest quid duae
spicae ⁊c. Scin eñi quiescit pro
pter eius coniũctionem ad מַה,
et due dictiones leguntur ac si
forent vna. Et ita in aliis lite-
ris ſm earum, ⁊ asperitatem, ⁊
lenitatem: vt Genes. 43. שָׁאֹל
שָׁאַל הָאִישׁ scaól scáal hais, idest
interrogãdo interrogauit vir.
scin est forte. Et Numeri. 27.
וְשָׁאַל לוֹ vescaál lo. i. ⁊ interro-
gauit eum. scin est lene. et לָמָּה
lámmah. i. vt q̃d. lámed est for
te. sed in וְלָמָּה velamáh. i. et vt
quid. 1. Reg. 28. est lene. ⁊ nun
in נָפְלוּ פָנֶיךָ náphlu panécha,
cõciderũt nullus tui. est forte:
Geñ. 4. Sed Hamós. 8. וְנָפְלוּ
venaphlú. i. ⁊ cadẽt, ⁊ non resur
gẽt. est lene. Et sic in aliis lite-
ris p̃ter iod quod semp̱ est lene
nisi daghessetur. ¶ Praeterea
si post seuá quiescẽs fuerit vna
ex literis בְּגַד כְּפַת: literae ipsae
non erũt raphatae paucis exce
ptis, vt עַבְדֵי עַבְדֵיהֶם babdé hab
debém: serui, serui eorum מַלְכֵי
מַלְכֵיהֶם מַלְכוּת malche, malche-
hém, malchúth: reges, reges eo
rum, regnũ. Pauca sunt quae
légi ꝯsueuerunt cum raphéh, q̃
tamen plaeriq̃ (vt rectum est)
quũ daghés legũt: ⁊ ita inuenit
in plaerisq̃ libris in Hispania.
Et ſm Hãmasóreth nõnulla
inueniunt ⁊ raphata, ⁊ daghes
sata. Daghessata vt בִּרְכָּיו בִּרְכֵּי
בִּרְכֵּיהֶם birché, birchau, birche-
hém: genua, genua eius, genua
eoꝝ. Excipiũtur duo quae sunt
raphata. Jud. 7. Incuruauerũt
se sup̱ בִּרְכֵיהֶם genua sua. ⁊ Dañ.
6. In die ipsa incuruauit se sup̱

ברכוהי

בִּרְכֹּוהִי birchóhi, idest genua sua. Et cum daghés Cantic. 8. רִשְׁפֵּי אֵשׁ Rispé es, carbones ignis. Et cum raphéh Psal. 75. רִשְׁפֵי קָשֶׁת rispé cáseth, idest sagittas arcꝰ. ¶ Ad haec macór, idest infinitiuum, & gerundium addita litera deseruiente, & seuá quiescente communiter daghessatur, vt לִסְגּוֹר lisghór ad claudendum לִשְׁבּוֹר lisbór ad conterendum: לַחְפּוֹר lachpór ad fodiendum. Sed לִצְבֹוא lisuó, idest ad pugnandum. Isaiae. 31. Et sic omne לִצְבֹוא secūdum hammasóreth est raphatum. Et sic לִסְבוֹב lisuóu, idest ad circūendum terram Edóm, Nume. 21. quidā cum raphéh: nonnulli legunt cum daghés, vt Tiberiades.

¶ De Punctis magnis, & paruis. Cap. 9.

Annotādū quoqꝫ est, ꝙ post q̄nqꝫ puncta magna, q̄ lōgas constituūt vocales, semper est נָח nach quiescens, idest aliqua litera quiescens, quae videlicet non profertur, actu, vel potentia: idest vna ex literis אֶהֱוִי. Post camés est áleph actu, vt Hoséah 10. וְקָאם vecám, idest & surrexit. et Zacha. 14. וְרָאֲמָה verám, idest et exaltabitur. & Prouerb. 24. רָאמוֹת ramóth, idest excelsae stulto sapiētiae. Potētia vt in קָם cam, idest surrexit שָׁב scab reuersus est, & in fine dictionis est áleph, vel he, vt צָמָא samá sitiuit, עָשָׂה basáh fecit post séri, siue sére est iod: & sic post chiríc est iod, post chólem, & súrec est váu, & in laterali siue sequēti litera non est daghés, nisi sit dictio lōga, vt est לָמָּה lámmah vt quid, שָׁמָּה scámmah illuc: יָמָּה iámmah ad mare, ad occidentem, חָדֵלּוּ chadéllu cessauerunt, נָזֹלּוּ nazóllu stillauerunt, שָׁמּוּ sammú obstupuerūt. שָׁמַּיִם scammáim coeli. ¶ Praeterea, quando in latere puncti magni est seuá, dilatatur puncti prolatio, & seuá mouetur, et sentitur, vt זָכְרוּ zácheru, idest

recordati

recordati sunt: שָׁמְרוּ scámeru, custodierūt: אוֹמְרִים ómerim, dicentes: סִיסְרָא Sísera, ducis nomen propriū: פִּינְחָס Pínechas proprium nomen: טוּבְךָ thúbecha bonum tuum, aut bonitas tua. Pronūciatio vero quinq; punctorum minorum corripitur, & sceuá quod est in eius latere quiescit, vt אַבְרָהָם Abrahám: שַׁרְבִיט scarbíth, sceptrū, virga: צַמְרִי samrì, lana mea. et si fuerit sceuá cum litera gutturali אהחע iūgitur ei patách vt punctū p̄ducatur, et dilatet gutturalis litera, vt שַׁחֲטוּ scachatú. i. iugulate pásach. i. pascha. Exo. 12. & id genus. Interdum tamen gutturalis litera corripitur, vt Exodi. 20. Non תַחְמֹד thachmód, idest concupisces domū proximi tui. & Deutero. 13. & non תַחְמֹל thachmól, idest parces. Aliquando etiam producitur, & dilatatur lectio, siue prolatio patách in aliis literis dictione longa existente, & sceuá quod est in eius latere, quiescēte vt זָכַרְתִּי zachárthi, idest recordatus sum: זָכַרְנוּ zachárnu, recordati sumus: שַׁבְתִּי scábthi, conuersus sum: קַמְנוּ cámnu, surreximꝰ. Et sic cum litera gutturali, vt שָׂמַחְתָּ scamáchta, lætatus es: שָׂמַחְנוּ scamáchnu, lætati sumus: שָׁמַעְנוּ scamábnu, audiuimus: & id genus, in quibꝰ sceuá quiescit, longo existente patách.

¶De literis אֱהֱוִי et בֶּגֶד כֶּפֶת, & de accentibꝰ regiis & deseruientibꝰ. Ca. 10.

Omnis l̄ra בֶּגֶד כֶּפֶת iuncta literis אֱהֱוִי raphat, idest leni p̄fertur spiritu, præter מַפִּיק mappíc, מַפְסִיק maphsíc, et דָחִיק dachíc, et אַתְיֵמְרַחִיק athemerachíc, idest quoties post quatuor literas contentas in אֱהֱוִי, sequitur aliqua ex literis contentis in בֶּגֶד כֶּפֶת, talis litera raphatur, nisi sit ibi mappíc &c. מַפִּיק dicitur à נְפַק naphác, quod Chaldaice est egredi, exire, educere, producere. vñ mappíc significat pro-

ductum, prolatum hoc est quādo vna ex literis אֶהֱוִי pfertur et sentitur, vt quum dicim⁹ אַי בַּי גַי דַי ai, bai, ghai, dai: aut אָיו בָּיו גָיו דָיו au, bau, ghau, dau: vel אוי בוי גוי דוי oi, boi, ghoi, doi ꝛ יְדָהּ iedába, in qb⁹ iod, váu, ꝛ he pferunt. si ergo pcedat map píc lrām בְּגַדְ כְּפַת, tūc lræ ipsæ nō raphant, sed daghessant, vt Psal. 50. dñe שְׂפָתַי תִּפְתָּח sepha thái tiphtách labia mea apies. táu habet daghés, quia præcedit iod prolatum in sephatái. et Gene. 16. A facie שָׂרַי גְּבִרְתִּי sarái gheuirti.i. sarai domine meæ, ego fugio. Et. 18. Et erit לְגוֹי גָּדוֹל leghói ghadól.i. in gētem magnā. ꝛ Psal. 65. אֵלָיו פִּי eláu pi, Ad ipsum ore meo clamaui. Et Isaiæ. 1. הוֹי גּוֹי Væ genti peccatrici. Et Gene. 27. Ego עֵשָׂו בְּכֹרֶךָ hesau bechoré cha.i. primogenitus tuus. Et Gene. 6. Et ostium arcæ בְּצִדָּהּ תָּשִׂים besiddáh tasím.i. in latere eius pones. Leuit. 6. מַחֲצִיתָהּ בַּבֹּקֶר machasithåh babócher, i. mediū eius mane. Excipiuntur tria quæ præter normā raphātur. Psal. 67. אֲדֹנָי בָּם Adonái vam.i. dñs in eis. Isa. 34. קַו תֹהוּ cau thóhu, linea desolationis. Ezech. 23. Et vox multitudinis שָׁלֵו בָהּ scaléu vába, prosperātis in ea. ¶ Maphsíc מַפְסִיק vero dici potest diuidēs, distinguens à פְּסַק pesác, quod Chaldaice est diuidere, ꝛ est accentus diuidens inter dictionē cuius finis est litera אֶהֱוִי ꝛ dictionem cuius principiū est aliqua ex literis בְּגַדְ כְּפַת ita q̄ accētus sit in litera finali ipsius אֶהֱוִי. Et isti accent⁹ diuidentes appellant melachím.i. reges. ꝛ sūt אַתְנָח athnách, siue אַתְנַחְתָּא athnachtá, cui⁹ figura est ֑ vt Psal. 1. Et in via peccatorum non עָמָד hamád.i. stetit. ¶ Et secundus est סוֹף פָּסוּק soph pasúc.i. finis versus, cuius figura est recta linea, vt ׀ vt eodem Psal. Et in cathedra derisorū non יָשָׁב iascáb.i. sedit. Alij appellant eum סִלּוּק selúc. ¶ Tertius est פַּשְׁטָא pascéth, cui⁹ figura est ֙ vt Psal. 4. עַד מֶה had méh.i. vsq̄quo. ¶ Quartus est זָקֵף קָטֹן zachéph cathón.i. minus, cuius

nus, cuius figura est vt sceuá, videlicet: vt Psal.5. Intende voci שַׁוְעִי scaubí. i. clamoris mei. ¶ Quintus est זָקֵף גָּדוֹל za chéph ghadól. i. magnū, cuius figura est ⁞ vt Exodi.21. חַבּוּרָה תַּחַת חַבּוּרָה chabburáh táchath chabburáh. i. liuorē p liuore. ¶ Sextus est רְבִיעַ reuíah, ⁊ est pūctū supra lr̄am hoc modo א֗ vt Psal.1. Beat⁹ הָאִישׁ haís. i. vir. ¶ Septim⁹ est תְּבִיר teuír, cui⁹ figura est sic ɔ vt Num̄.29. ⁊ numeri eoꝝ duo ⁊ חֲמִשִּׁים אֶלֶף chamisím éleph. i. quinquaginta milia. ¶ Octauus est אַזְלָא et est virgula hoc modo ⸝ vt Psal.16. Conserua me אֵל el. i. deus. ¶ Nonus est שְׁנֵי גְרִישִׁין scené gheriscín hoc modo ″ vt Deuter̄.27. Isti יַעַמְדוּ iabamdú. i. stabunt ad benedicendū. ¶ Decimus est תַּלְשָׁא גְדוֹלָה tal scá ghedoláh. i. magnū, quod videlicet est in capite dictionis hoc modo א֠ vt Deutero.29. וְהָיָה כַּאֲשֶׁר vehaiáh caascér. i. ⁊ erit quando ⁊c. ¶ Undecimus est קַרְנֵי פָרָה carné pharáh: idest cornua vaccæ, hoc modo ◌֟

vt Psal.2. Osculamini בַּר var idest filium. ¶ Duodecimus est זַרְקָא zarcá, hoc modo ~ vt Psal.1. Beat⁹ vir qui non הָלַךְ halách. i. ambulauit. ¶ Tertiusdecim⁹ est סְגוֹלְתָּא seghuláh et est vt segól supra literam hoc modo א֒ vt Deuter̄.9. Et combussi eum בָּאֵשׁ baés, idest igni. ¶ Quartusdecim⁹ est פָּזֵר גָּדוֹל pazér ghadól hoc modo ⸗. ¶ Quintusdecim⁹ est פָּזֵר קָטוֹן pazér cathón, hoc pacto ″ vt. 1. Paralipo.19. Et conduxerunt לָהֶם labém. i. sibi. ¶ Sextusdecimus est טַרְחָא quæ est in principio dictionis hoc modo א֖ vt Gen̄.27. Etiam אָנִי ani. i. ego. Addunt plæriq; et שַׁלְשֶׁלֶת qui fit hoc modo א֓. Isti accētus diuidūt inter duas dictiōes, ⁊ idcirco literæ בגד כפת q̄ veniunt post אהוי daghessant: vt Psal. 29. Quæ vtilitas בְּדָמִי בְּרִדְתִּי bedamí beridtí, i. sāguine meo dum descēdo ad foueam. Exo. 21. vel אֲמָתוֹ בַּשֵּׁבֶט amathó ba scéueth. i. ancillam eius virga. Item חַבּוּרָה תַּחַת חַבּוּרָה Chabburáh táchath chabburáh. i.

liuorem pro liuore. 1. Parali. 19. וַיִּרְאוּ בְּנֵי עַמּוֹן vaiirú bené hammón, & viderunt filij hammón. Psal. 5. Audies קוֹלִי בֹּקֶר colí bócher. i. vocē meam, mane præparabo. Item וַאֲנִי בְּרֹב vaaní berób, & ego in multitudine &c. Item quia אַתָּה תְּבָרֵךְ attáh teuaréch, tu benedices. ¶ Sunt & alij accentus qui appellantur מְשָׁרְתִים mescartím, idest ministrantes, & deseruientes qui nō diuidūt dictiones: sed trahunt dictionem in qua est litera אֱהֱוִי ad aliā sibi proximam. vñ literæ בְּגַד כְּפַת raphantur post literas אֱהֱוִי talibus accentibus in dictione existentibus. Et primus horū accentuum est שׁוֹפָר יָשָׁר scophár iascár: et fit hoc modo : vt Psal. 1. לֹא עָמַד lo hamád, non stetit. ¶ Secundus est שׁוֹפָר מְהֻפָּךְ scophár mahaphéch hoc modo ꜝ vt Psal. 1. Beatus vir אֲשֶׁר ascér, idest qui. ¶ Tertius est דַּרְגָּא ita ꜝ vt Gene. 39. Ingressus est ad me הָעֶבֶד seruus hebræus. ¶ Quartus est מַאֲרִיךְ maarích, ita ׀ : vt Beatus vir qui לֹא lo, idest nō ambulauit. ¶ Quintus est מַקַּף maccáph, virgula duas coniungens dictiones: vt Psal. 1. עַל־פַּלְגֵי־מָיִם halpalghemáim, secus riuos aquarum. ¶ Sextus est קַדְמָא cadma, hoc pacto א֨: vt. 1. Paralipom. 12. וְהֵנָּה vehénnah, et isti. ¶ Septim⁹ est תַּלְשָׁא קְטַנָּה talsá chetāná quæ est in fine dictionis hoc modo אׄ. ¶ Octauus est תְּרֵן חוּטְרִין duæ virgulæ hoc modo א̤. ¶ Non⁹ est טַרְחָא אַחֲרוֹנָה tharchá acharonáh, id est posterior, hoc modo א֖ vt שִׁנֵּי idest dentes. Iiób. 4. cap. ¶ Decimus est גַּלְגַּל ghalghál hoc pacto א֪. appellatur & יָרֵחַ בֶּן־יוֹמוֹ iaréach ben iomó, luna filia diei sui. i. diē habens vnū, quia videlicet ei similat. Sed iam horum citemus exempla: quo raphentur literæ. בְּגַד כְּפַת. Psal. 12. Cantabo domino כִּי גָמַל עָלָי chi ghamál halái, idest quoniam retribuit super me, & 103. יִשְׁבְּרוּ פְרָאִים isberú pheraím, expectabūt onagri. Iiób 4. ca. וְשִׁנֵּי כְפִירִים vesinné chephirím. i. dentes leunculorum

euulsi

euulsi sunt. Et. 9. אֶבְחֲרָה דְּבָרַי
Eucharáh deuarái, eligam ver
ba mea. Nume. 19. Et affereut
אֵלֶיךָ פָּרָה elécha pharáh. i. ad
te vaccam. Et illud. וַיְהִי כִּשְׁמוֹעַ
Uaihí chismóah. i. et fuit cum
audisset dominꝰ eius. Psal. 4.
אִמְרוּ בִלְבַבְכֶם. Imru vilbau-
chém. i. dicite in corde vestro. ꝛ
Psal. 5. דֹּבְרֵי כָזָב Douré cha-
záb, loquentes mendacium: et
eodem Psalm̃. אָבֹא בֵיתֶךָ Auo
vethécha. i. ingrediar domum
tuam. Itẽ. כָּל־חוֹסֵי בָךְ Col chó-
se vach. i. omnes sperantes in
te. Et. 7. Reuertet עֲמָלוֹ בְרֹאשׁוֹ
hamaló veroscó, labor eius in
caput eiꝰ. Et. 8. כִּי תִפְקְדֶנּוּ Chi
thiphchedénnu: quia visitabis
eũ. Itẽ. תַּמְשִׁילֵהוּ בְּמַעֲשֵׂה Tam-
silébu vemaséh. i. dñari facies
eum in opere, ¶ Est autem an
notandum ꝙ quando cum so-
phár iascár, ꝛ maarich accenti-
bus est פָּסֵק pasée, accentꝰ inter
dictiones iacens, tunc instar ac
centuum regalium diuidunt, et
literæ בגד כפת daghessant: vt
Genesis. 18. עָשׂוּ כָּלָה Hasú cá-
lah. i. fecerunt cõsummationez.

ꝛ Deuter. 9. Et combussi אֹתוֹ
בָּאֵשׁ othó baés, cũ igni. ¶ Et
talsa minor, ꝛ tarcha posterior
quæ sunt in fine dictionis, et te-
ren chuthrin et athnách in li-
bro Psalmorum ꝛ Jiób, ꝛ Pro
uerbijs sunt vt accentus deser-
uiẽtes ꝛ literæ בגד כפת raphã-
tur, vt supra memorauimus,
¶ Est etiam annotandũ ꝙ non
omne Maccáph est accentus
deseruiens, ꝛ exigens, vt literæ
prædictæ בגד כפת raphentur.
Quippe maccaph existente in
monosyllabo habente ante li-
teras אהוי patách. vel camés,
vel seghól, quia duæ dictiones
vt vna (propter coniunctiõem)
reputantur, literæ בגד כפת da-
ghessantur vt in Cachic sumus
dicturi. Itidẽ daghessant quã-
do non habent quampiam ex
ipsis literis בגד כפת: vt Geñ.
27. גְּשָׁה־נָּא Ghesanná, appro-
pinqua nunc: Si vero non ha-
buerint maccáph non daghes-
santur, vt Geñ. 27. Decepit me
זֶה פַעֲמַיִם zeh phahamám. i,
iam duabus vicibus. Ut sic qñ
habent séri: chiric, chólem ꝛ su-

rec memoratæ literæ raphantur: vt Exo.21. אוֹ־בֵן Ouén.i.vel filium cornupetierit. Genes.1. וַיְהִי־כֵן Vaihichén: & fuit sic. Et 18. וְהִנֵּה־בֵן Vehinnehuén, & ecce filius Saræ. & 4. Regũ.4. הִשְׁאַלְתִּי־בֵן Hascaáltiuén: idest Num petiui filium. & Ester.6. וַעֲשֵׂה־כֵן Vahasehchén: idest Et fac ita. & Isa.43. Et rhetores tui פָּשְׁעוּ־בִי pashuui: præuaricati sunt in me. Excipiuntur tamen nõnulla cum maccáph quæ daghessantur, vt Exo.15. Quia גָּאֹה־גָּאָה ghaóh ghaáh: magnificãdo magnificauit. Et iterũ יִדְּמוּ־כָּאָבֶן Iddemu caáuẽ, siluerũt vt lapis. Et rursus eo. ca. Duxisti in misericordia tua עַם־זוּ־גָּאָלְתָּ bamzú ghaálta: populum quem redemisti. Et iterum. מִי־כָּמֹכָה Michamócha.i. quis sicut tu. Exodi.28. Et pones eos עַל־שְׁתֵּי כִּתְפוֹת hal scetté chittephóth.i.in duobus lateribus. & Deut.13. וּסְקַלְתּוֹ־בָאֲבָנִים Vscaltó baauaním.i. & lapidabit eum lapidibus. De Dachíc, et Attemerachíc, sequenti dicemus capite.

De Dachíc, & Attemerachíc. Caput.II.

quiescētibus non sunt tres lfæ radicales apparētes, siue actu, vt in p̄dictis, Sed ī potētia pũ-ctorũ regaliũ, quæ habent ī potētia literā q̄escentē, vt sunt camés, seri, chiric cũ iod post se, chólem, vt זָדוֹן superbia, remotis vau, & nun accidētalibus, remanet זד, & in potētia camés est vau, & sic צור est radix. Et i זֵדוֹן superbus, remotis itidē vau, et nun, remanet זד, & in potētia seri est vau, & ita radix est צור, Et in עִיר civitas, remoto iod signo pũcti regalis, remanet in potētia chiric vau, & sic radix est עור Et in הֲנָפָה cribratio, remoto vtroq; he accidētali, remanet נף & in potētia camés est vau, & sic radix est נוף. Et in תַּאֲוָה תְּעָלָה remoto tau accidentali, remanent radicalia אָוָה עָלָה. Et in תַּבְנִית exēplar תַּכְלִית cōsumatio remoto vtroq; tau. et iod signo regalis puncti in cui⁹ potentia est he, remanēt radicalia בָּנָה כָּלָה.

In defectiuis cōmuniter deficit nun. aut iod quorũ vicē gerit daghés vel regale punctum vt in מַסּוֹר מַסָּע serra. fós, remoto mem accidentali, & apposito, nun quod est in potentia daghés, radicalia erunt מָסַר נָסַע. Et in מַתָּנָה מִשְׁמֶרֶת donum, custodia, remotis mem, et he accidentalib⁹, et apposito iod, quod est in potentia chólem, radicalia erunt נָתַן נָשַׁר. Et in מוֹשָׁב מוֹרָשׁ sedes, possessio, remotis mem, & vau: et apposito iod, quod est in potentia chólem, radicalia sunt יָשַׁב יָרַשׁ. Et in תּוֹכֵחָה increpatio, remotis tau, et he accidentalibus, et apposito iod, quod est in potentia chólem, radicale est יָכַח, Et in שֵׁנָה דֵעָה. Somnus, scientia, subaudito, vel apposito iod quod est in potentia seri, & remoto he signo fœmineo radicalia sũt יָשֵׁן יָדַע vel ex verbis iudicamus nomina.

In geminatis vero perfectis idest quæ tres habent radicales literas, non est errandi ansa: in alijs vero considerãdum est daghés: quod vicem supplet deficientis literæ, vt in מְגִלָּה מְחִלָּה volumen, principium, remotis mem: et he accidenta-

libus lr̄is, et apposito lámed, quod est in potētia daghés, remanent radicalia גָּלַל חָלַל, Et in זִמָּה חִתָּה cogitatio, pauor remoto he signo fœminco, ꝛ appositis mem, ꝛ tau, quæ sūt in potentia daghés, radicalia sunt זָמַם חָתַת, Et in עֹז חֹם fortitudo, calor, appositis Záin, ꝛ mē, quæ sūt in potentia chólem, radicalia sunt עָזַז חָמַם, vel quia inuenimus verbum geminatum, iudicamus geminata.

¶ Præterea si à noīe verbuz ꝓficiscatur ex verbo ipso poteris iudicare de nomine. Dicimus עָשׁ .i. tineam esse de geminatis, quia inuenim⁹ psal. 30. Et ossa mea עָשְׁשׁוּ corrosa sunt, Et דָּג piscis dicimus eē à דָּגָה nō solū q̄a in plī nō habet daghés Sed etiā, quia iuenimus Gene. 48. וְיִדְגּוּ et crescāt instar pisciū, et חָרוֹן ira dicimus esse à חָרָה verbo, Et תֵּבֵל orbis dicim⁹ esse à בָּלַל ז׳, מְגֵרָה serra á גָּרַר, Et חֻפָּה nō solum ex daghés, Sed etiaz, quia inuenitur חָפַף iudicamus eē de geminatis, Bissyllaba daghessata ostēdūt monosyllaba esse geminata vt בַּת, et כַּל ex מַלִּים, et בָּתִּים.

¶ De modo inueniēdi radices verborum.

Caput .5.

Inuenire radices verborū perfectorū, quæ tres habēt sēp radicales lr̄as, nl̄la ē difficultas ī quocūq; fuerit binián, Remotis .n. lr̄is accidētalib⁹ vt puta q̄ ꝑsonas, aut gn̄a, aut nūos, aut modos ꝯstituūt, vł q̄ sūt formatiuæ ꝯiugationū, q̄ remanēt, sūt radicales, vt ꝑfacile ē videre ī sigulis supra memoratis binianím, seu cōiugationib⁹. Particulatī tn̄ ī verbis ꝑfectis ṗmæ, ꝛ scd̄æ ꝯiugatiōis, inuēta t̄tia ꝑsona masculini ṗteriti, q̄ nullas hz accidētales lr̄as, iuēta ē radix oīm ab ea deriuatoꝝ, cui⁹uis ꝑsonæ, gn̄is, nūeri, aut modi. Et sic in verbis quoꝝ pr̄a q̄ ē iod q̄escit, aut vltima, q̄ ē áleph, vł he iuēto ṗdicto ptō, aut etiā ipatiuo,

quæ præter radicales, nullā habēt deseruientem, vt פָּנָה respexit, ꝛ פְּנֵה respice inuentis, iudicas radicem וַיִּפֶן et respexit esse פָּנָה sic וַיֵּצֶר ꝛ: וַיֵּרֶד à יָרַד ꝛ foꝛmauit à יָצַר ꝛ. וַיַּרְא et vidit à רָאָה ꝛ: וַיַּעַשׂ Et fecit ab עָשָׂה. et ita in alijs.

¶ Sed in verbis quoꝛū secūda quæ est vau: q̄escit, iudicamus ex macóꝛ: vel futuro: in quibus est vau q̄escens de præterito. et participio. in quib⁹ vau est solū in potētia pūcti regalis camés vt ex לָקוּם surgere: ꝛ לָשׁוּב cōuertere: vel ex אָקוּם surgā: אָשׁוּב cōuertar iudicam⁹ קָם שָׁב קָם קָמִים שָׁב שָׁבִים. Surrexit: cōuers⁹ est. surgens. tes, conuersus. si. esse à קוּם שׁוּב.

¶ In geminatis vero si inueniatur perfectū. i. habens tres radicales literas: ex illo iudicamus de īperfectis. ꝛ deficiētib⁹ vt puta: q2 inuenim⁹ מָלַל תָּמַם זָכַךְ סָבַב iudicamus q̄d מַל זַךְ סַב: et alia prædictoꝛū verboꝛū defectiua: sint ex geminatis ꝛ, sic de alijs, de q̄bus dictū est libꝛo. 3. ca. 34. Q̄ꝙ dignosci possint: ꝛ ex pūctura patách, quæ geminatoꝛuꝫ est ꝑpꝛia: sicut camés est ꝑpꝛiū verboꝛū quoꝛum secunda: quæ est vau. quiescit. Et ex daghés, quod est in secunda radicali litera vt מַלּוּ תַּמּוּ זַכּוּ סַבּוּ. Quæ enim sunt cum huiuscemodi daghés sunt de geminatis: futura etiam geminatoꝛum in binián nifhál defectiua per patách discernuntur à futuris defectiuis quiescentium: vt suo in loco dictum est.

¶ Est et alius cognoscendi modus communis nominibus: et verbis: videlicet: vt enitamur verboꝛum. ac nominum significata non ignoꝛare. Agnito enim (exempli gratia) quod גָּזַר est coxit: statim iudicam⁹ quod וַיָּזֶד. Et coxit Jabacób ꝛc. Genesis. 25. à prædicto deducitur verbo. Et cognito ꝙ אֹזֶן est auris, et verbum ab eo deriuatum auribus percipere. aut aures inclinare. illud pꝛouerb. 17. Mendax מֵזִין (Q̄ꝙ caret áleph) iudicamus deduci ab אֹזֶן, ꝙ significet aures inclinat linguæ pꝛauitatum, et ꝙ perfectum est

מְאַזְּיִן. Et q̃a scimus q̄ תּוֹפְפוֹת significat tympanizantes, iudicam⁹ q̄ ף ת timpanū sit à תֹּף. Et ita de alijs poterimus p̄facile decernere.

¶ Est etiã ⁊ alius cõmunis cognoscẽdi modus videlicet vt p̄ similia nobis nota, iudicem⁹ de de alijs similib⁹ nobis ignotis, vtputa si nouerim q̄ radix יָקוּם surget, ē קוּם, iudicabo q̄ radix יָשׁוּב sit שׁוּב, q̃a sũt similia, et de similibus simile iudicum eē debet. Et ita de alijs ⁊ verbis, et nominibus vt אָקוּם et אָשׁוּב. Et תְּקוּמָה תְּשׁוּבָה surrexio, conuersio, ⁊ קַל וָכוֹ. Et פַּת, קַל, quæ sunt de geminatis. Sed hic modus errandi ansam potest præbere rudibus. Quippe q̄ multa sint similia, quæ diuersas habẽt radices, vt תּוֹכֵחָה תּוֹעֵבָה Abominatio, increpatio prioris .n. radix est תָּעַב, alterius יָכַח. Et בְּרָכָה, שֶׁרֶךְ ⁊ מוּם à יָקוּם יָשׁוּף et עֵרָה, בָּרַךְ à מְעָרָה מֵעַר ⁊ non vt plærique putauerunt. Et idcirco modus iste iudicandi non mediocri indiget cautiōe, ne similitudine interdum decipiamur. Sed iam ad regulas nonnullas trãseamus perutiles ad intelligentiam sacrarũ literaȝ.

¶ De reglis p̄utilib⁹ ad intelligentiam simplicem .i. literalem sensũ sacraȝ lr̃arũ. Cap. 6.

PRima regula propositio vniuersalis affirmatiua in scriptura, non accipitur semper vniuersaliter, simpliciter, et absolute.

¶ Propositio vniuersalis affirmatiua sacris in literis īterdũ vniuersalit̃ capitur vt psal. 24. Omnes viæ dñi misericordia, ⁊ veritas, Et puer. 30. Omne eloquiũ dñi examinatũ, aut ꝯflatũ. Et id gen⁹. Et hæc vniuersalitas referẽda ē ad dictiōeȝ cui iũgit̃ vt .2. para. 9. Et magnificat⁹ ē rex Selomōh p̄ oib⁹ regib⁹ t̃ræ ⁊c. ītelligẽdũ ē nō simpl'r p̄ oibus regib⁹ vniuersæ terræ, Sed

præ oĩbus regibus terræ Israël ꝛ eius termini. Interdũ tamen vniuersalis nõ intelligit abso lute vt leuit. 11. Oẽ qd̓ hꝫ diuisã vngulã, ꝛ ruminat ĩ pecorib⁹, co medetis. Qd̓ nõ extẽdit ad ca dauera, ꝛ rapta a bestijs. ꝛ Gene. 3. Et vocauit Adã nomẽ vxo ris suæ Chauuáh eo ꝙ esset mr̃ oĩm viuẽtiũ, qd̓ nõ extẽdit ad ir ratiõalia. Et. 41. Oĩs terra ve nit ĩ Aegyptũ. Et pticularit qñ ꝙ capit vt oẽm escã abomiata est anima eoꝝ. i. mãna. Ps. 106.

Secũda regl'a Indefini ta capitur interdũ vt vl'is.

Indefinita quoꝙ ĩterdũ capit vt vl'is, Ut Exo. 21. Maledicẽs pr̃i suo, et mr̃i suæ, moriẽdo moriet, Et eo. ca, pcu tiẽs pr̃em suũ, ꝛ mr̃ẽ suã moriẽ do moriet, Et iteꝝ. Si pcusserit vir seruũ suũ ꝛc. Et pcutiẽs vi rũ moriẽdo moriet, Ac si dicat Quicunꝙ maledixerit, q̇cunꝙ percusserit ꝛc.

Tertia rl'aꝙ negatio nõ solũ postposita, Sꝫ ꝛ p̄posi ta signo vniuersali, suæ eq̇ pollet contrariæ.

Negatio postposita suæ æq̇pollet cõtrariæ vt di cũt dialetici vt Exo. 22. Oẽm viduã, ꝛ pupillũ nõ afflige tis. i. nullã viduã, ꝛ nl'lũ pupillũ affligetis, Et leui. 3. Oẽm adi pẽ, ꝛ oẽm sãguinẽ nõ comedetis i. nullũ, Et sic ĩterdũ præposita vt Exodi. 20. Nõ facies omne opus. i. nullũ opus facies, quod infertur ex contradictoria illi us. Aliquod opus nõ facies.

Quarta regula ꝙ gen⁹ pro specie capitur ꝛ cõtra.

Mos quoꝙ diuinæ scri pturæ est vt gen⁹ pro specie, ꝛ cõtra, capiat, et sic totum pro parte, et cõtra vt Genesis. 6. Delebo homi nem quem creaui ꝛc. per quem intelligit et reptilia, et vola tilia. Unde postea dixit ab ho mine vsꝙ ad animantia, à re ptili vsꝙ ad volucres cœli, Et Leuitici. 20. Qui dederit de se mine suo Mólech, idest idolo sic nominato, per quod ĩtelligit omne aliud idolũ. Et psal. 111. Beatus vir qui timet dominũ, per quem et mulierẽ intelligit

Et Ecclesiastis.1. Et nō ē omne nouū sub sole .i. sub cœlo à parte totum, Et leuiti.19. Ephah iustus, & hin iustus erit, p quas mēsuras oēs alias itelligit mēsuras, Exo.24. Nō coques hædū in lacte matris suæ, p quē intelligit & alia aīalia, Et Hamós.9. Super contritione Joséph.i. Israél, Et illud Et vidit Ephráim.i. Israél, Et Exo.22. Dijs .i. sacerdotib⁹ nō maledices. Et illud propť Achaz regē Israél.i. Jehudáh, Et illud Et mľtiplicabiť quæ derelicta ē in medio terræ. i. Israél, q̄ pars est terræ. Et ē figura q̄ dicit̃ synecdoche cū à parte totū, vel à toto pars itelligitur vt Exo.1. Omnes aīæ q̄ egressæ sunt &c.

¶ Quinta regula. Qđ vt plurimū vsu venire solet, qđ raro cōtingit, ꝯphēdit.

Mos quoq; diuinæ scripturæ est, vt per id qđ vt plurimū vsu venire solet, id quod raro cōtingit, itelligat vt Exo.22. Omnē viduā, & pupillum non affligetis, per quos intelligit et alios quos non ē fas, vt lædamus, vt opprimamus, Et Deuť.23. Uir qui nō fuerit mūdus ab accidente noctis (.i. nocturna pollutione), per quod et diurnum intelligit, q̄ꝗ raro vsu venire solet, Et.22. Cū ædificaueris domum nouā, facies murum tecto tuo, p quē intelligit, et alia necessaria, & ꝯsētanea, Et eo.cap. Non arabis in boue, & asino pariter, p quod intelligit non esse arādum cū diuersarum specierum aīalibus.

¶ Sexta regula. Memorato maiori numero, minorē sæpe omittit. Aut sic Numerus determinatus pro i determinato sæpe poniť.

Mos p̄terea sacræ scripturæ ē vt memorato maiori numero, minorem omittat, aut certe vt determinatum p indeterminato ponat numerū, vt prouerbi .24. Septies cadet iustus .i. multoties, Et psal.118. Septies i die laudem dixi tibi, Et Zacha.3. Super lapidē vnum septē oculi (.i. multiplices custodiæ) Et

pri. Reg.2. Donec sterilis peperit septem .i.mltos, Et leuiti. 26. Increpabo vos septies (.i.multoties) sup peccatis vestris, Et Isa.4. Et apprehendēt septem mulieres (.i.multæ) virū vnum, Et psal.ij. purgatū septuplū .i.multoties, Et Iiob. 19. Decē vicibus ꝯfūditis me, Et pso.90. Cadent à latere tuo mille, et decem millia à dextris tuis, Et Ecclesiastis.ij. Da partem ipsi septem, et ipsi octo.

¶ Septima regula. Quod est vnius sēsus attribuitur alteri.

Mos quoq; scripturæ ē, vt quod est vnius sensus propriū, alteri tribuat vt Genesis.27. Vide odorem filij mei, est sicut odor agri pleni, Et Exo.5. fetere fecistis odorem vestrū in oculis pharaonis, Et .20. Et omnis populus videbant voces, et psalmo. 33. Gustate, et videte, quia suauis est dominus.

¶ Octaua regula q̄ vnum tempus pro altero ponit.

Diuinæ quoq; scripturæ est vt vnum temp⁹ pro altero ponat, vt præteritum pro futuro, et futurum p præterito, et ita de alijs, queadmodū ostendimus libro. 3. cap.12.

¶ Nona regula ē q̄ vna litera p altera, & vnū pūctū pro altero ponitur.

Adhuc sacræ scripturæ ē vt vnā lrām p altera, et vnū pūctū p altero ponat, vt ostēdim⁹ li.j. cap.26. et 27. Et ē metaplasm⁹ q̄ dr̄ antithesis, vl' figura q̄ dicit Antistoechon, quē pleriq; nō obsuātes interp̄tes, ansā mltoꝝ cæperūt erroꝝ, vt i nr̄is scholijs sup vetus instrumētum, multis ostēdimus in locis.

¶ Decima rl'a q̄ nō mō lræ Sed & dictiōes iterdū i scriptura deficiūt diuina.

Amplius diligēt aiaduertendū est non modo literas, Sed et dictiones interdum sacris in literis deficere, vt multis patefecimus exemplis libro.1.ca.25.

Et potest

Et potest dici metaplasm⁹ iste Eclypsis .i. defectio .Quæ fit quoties pleno ītellectui lr̃æ, vl' dictiões subtrahũtur aliquæ vt Jehos.10. Et superstites שָׂרְדוּ (deest אֲשֶׁר .i. qui) sup fuerunt ex eis, venerũt ad vrbes, Et pri. Reg.13. Scdz temp⁹ qd (subauditur אָמַר .i. dixit) Semuél, Et .24. וַתָּחָם .Et pepercit tibi subaudit נַפְשִׁי aīa mea, vel עֵינִי oculus meus, Et.2. Reg.6. Et extēdit (vel misit) ad arcā subaudiēdum est יָדוֹ .i. manũ suā, Et .3. Reg.22. Et lauit currũ subaudi lauans, Et Gene.48. Et nunciauit ipsi Jahacób, sub audi nũcians, Et eo.cap. Et dixit ad Joséph subaudi dicens, Et numeri .26. Quā peperit eā leuitæ subaudit pariēs, Et ps̄o. 57. Tēdet sagittas suas subaudi, aut tēdēs, aut vnusq̄sq; eoꝝ.

¶ Undecima regula ē q̄ i scriptura sacra sæpe verba p aduersũ intelligũt, aut ē proprio trãsferuntur loco.

Amplius sacris in literis verba per aduersũ intelliguntur, Et est figura hyppalage .i. submutatio, quando (vt dictum est) per aduersum verba intelliguntur, aut quando ē suopte loco in alium trãsferũt vt Hose.14. Omnē dimittes iniquitatem p omnē iniquitatē dimittes, Et ps̄o. 93. Omnis malefaciens inimicus in sanctitate .pro omnis inimicus, Et.75. ppinastis nobis in lachrymis mēsuram pro lachrymas in mensura, Et.86. Et ipse fundauit eam altissim⁹ pro ⁊ ipse altissimus, Et.115. vota mea domino reddam coram nunc omni populo eius pro reddam nunc coram omni populo eius, et .137. Qm̄ magnificasti super omne nomen tuũ eloq̄um tuũ pro super oē eloquiũ tuum nomen tuum, Et Hamós.5. Et luctum ad scientes lamentum pro .Et scientes lamentũ ad luctum, Et Ezechielis.39. Dabo Ghogh Locum sepulchri ibi p ibi, locũ sepulchri Et Jiób.38. Nũ nosti tunc q̄ nasciturus esses pro .Nũ nosti q̄ tunc nascitur⁹ esses, Et ps̄o.137. etiā inimicos meos extēdes, (aut mittes)

manũ

manũ tuã pro Etiam super inimicos meos, quod. R. Joséph exponit. Super irã, vt .lxx. interpretes, Et. 4. Reg. 9. Et posuit in stibio oculos suos p stibiũ i oculis suis, Et Judicũ. j. Et ciuitatẽ miserũt in ignẽ p ꝛ ignẽ miserũt in ciuitatem, Exodi. 3. Rubus ardebat i igne p Ignis ardebat in rubo, Leuiti. j. Homo cũ obtulerit ex vobis oblatiõez pro homo ex vobis, Et Jeho. 15. Et fuerunt vrbiũ ab extremo pro ab extremo vrbium, Et Jiób. 40. Et fune merges linguam eius pro in lingua ei⁹ merges funẽ, Et p̃o. 73. Miserunt in ignẽ sãctuariũ tuũ pro Miserunt ignẽ in sãctuariũ tuũ Et. 103. Sup mõtes stabũt aq̃. i. Sup aquas stabũt mõtes.

Duodecĩa regula q sacris in literis aliqua dicũtur per metathesin.

Sacris præterea in lřis aliqua dicunt p metathesin. i. p trãspositionẽ lřaꝝ vt pũer. 18. Verba bilinguis quasi מִתְלַהֲמִים. i. pcussiões p מִתְהַלְמִים ab halã, quod sũt qui exponũt quasi blanda à laham, Et psal. 71. יִרְעַשׁ pro יַעֲשִׁיר ditabit, sicut libanus fructus eius, quod Rab. Jonáh exponit. Crescet, et multiplicabitur. Et. 2. Reg. 22. תִּתַּפָּל pro תִּתְפַּתָּל puerꝰsus eris, Et eod. cap. וַיַּחְגְּרוּ pro וַיַּחְרְגוּ. Et mouerunt se, Et p̃o. 97. תִּמְחַץ pro תֶּחְמַץ rubescat pes tu⁹ ꝛc. Et sic כֶּשֶׂב Et כֶּבֶשׂ agn⁹, aut ouis, Et שַׂלְמָה et שִׂמְלָה vestimentum, Et sic nonnulli exponunt illud. וְהַעֲמַדְתָּ Et labi facies eis renes coꝝ pro וְהִמְעַדְתָּ.

Tertiadecĩa est q sacris in lřis est trãsitus ab vna psona ad aliã in eod versu.

Adhuc sacris i literis mos ẽ vt i eodẽ versu ab vna psona ad aliã transeat vt Gene. 49. A præda, vel propter prædam fili mi ascẽdisti, in curuauit se, accubuit vt leo Jsaiæ. 22. Expellam te de statione tua, et de statu tuo destruet te Et. 52. peccauimus ei, ꝛ noluerũt in vijs eius ãbulare Et Jiób. 16. Verũtamen nunc vexauit me, desolasti oẽs artus meos

meos. ps. 80. Et comedere fe-
cit eū de adipe frumēti, & de pe-
tra melle saturabo te. Isa. 1. Cō-
fūdētur ab idolis, quos deside-
rastis. Et. 33. Miserere nr̄i &c.
brachiū eorū, Et. 48. Congre-
gamini oēs vos, & audite, quis
in eis ānūciet ista? Et i Hoba-
diab. i. Abdia ponēt plagā subt
te, nō ē sanitas in eo, Et. 3. Re
gū. 22. et Miche. 1. Audite po-
puli oēs ipi, Et Miche. 7. Re-
uertetur, misebit nr̄i, subijciet
iniq̄tates nostras, et proijcies i
pfūdum maris oīa pectā nr̄a,
Et. 2. Et vxorem adolescentiæ
tuæ, ne despiciat. Sopho. 3. Ex
te fuerūt, onus eā opprobrij.

¶ Quartadecia q̄ sacris i lr̄is vna dictio manet vice duarum.

Amplius sacris in lr̄is
mosē, vt vna dictio vi-
ce duaꝶ maneat vt ps.
1. Iō nō resurgēt ipij i iudicio &
peccatores i ꝯgregatiōe iustoꝶ.
i. neq̄ pctōres, Et. 9. Nō in se-
culū erit i obliuioēm pauꝑ, pa-
tiētia pauperū peribit i sæculū
idest non peribit, Et. 43. nō est
ꝯuersū retro cor nr̄z, & declina-
sti semitas nr̄as. i. & nō declina
sti, Et. 49. Nō super sacrificia
tua arguā te, et holocausta tua
corā me sēp. i. neq̄ sup sacrifici
a, si nō sit corā me sēp. Et puer.
17. Dānū iferre iusto nō ē bonū
ꝑcutere pricipes ꝑꝑ rectitudinē
i. nō ē bonū ꝑcutere &c. leui. 10.
Nō moriemini. & sup oēz syna-
gogā irascet. i. neq̄ sup oēz &c.
Iudicū. 18. Et nō ꝯfūdētem &c.
possidētē. i. neq̄ possidētē. & pri.
Reg. 2. Ne m̄ltiplicetis vt lo-
quamini sublime, egrediat ve-
tus. i. neq̄ egrediat. puer. 30. nō
didici sapiam. & sciētiā sanctorū
i, neq̄ sciētiam. ps. 56. Anima
mea i medio leonū. ardētiū. i. i
medio ardētiū. & 64. spes oīm
finiū træ, & maris. i. finiū maris
Et. 68. Pulchrior erit dño q̄
bos, iuuēcus. i. & q̄ iuuēcus. puer.
9. Corripiēs drisorē accipit si-
bi ignominiā. & arguēs ipiū ꝑꝑ
maculā eius subaudi accipit sibi
ignominiā, & 13. filius sapiēs eru
ditionem patris, et delusor nō
audiuit increpationez. i. filius
sapiens audiuit eruditionem
patris

patris, et filius delusor nõ audiuit increpatiõez pr̃is, Et.14. Eruit aĩas testis veritatis, et loq̃t mẽdacia doli .i.testis doli. Hæc sũt diligẽter aĩaduertẽda nc vt (vt plærisq̃ ĩterpretibus vsuuenit) affirmatiuã p̃ negatiua capiamus .

¶ Quitadecima ẽ q̃ numerus plr̃is capit̃ p̃ vno ẽ pluribus aut p̃ vnoquoq̃ ẽ plr̃ibus

Mos præterea est sacris in lr̃is vt plr̃is numeris capiat̃ p̃ vno ẽ plr̃ibus, vt p̃o.j. Quod plãtatũ ẽ secus riuulos aquar̃ .i. vnũ ẽ riuulis, Et Judicũ.12. Sepultus ẽ in vrbibus Ghilbád.i.in vna ex vrbibus. Zacha.9. Sedẽs sup̃ asinũ, et sup̃ pullũ filiũ asinarũ .i. vnius ex asinabus, Et Jonáh .i. Descẽdit ad latera nauis .i. ad vnũ ẽ lateribus, Et Gen̄.19. Cũ subuerteret vrbes ĩ q̃bus hitauit. i. in quarũ vna hitauit, Et pri. Reg.18. Jnduabus gener eris .i. ĩ altera ẽ duabus, Et pri. Reg.j. Et fuit vir vnus de Ramathái. i. de altera Ramóth, Et sic plr̃e capit̃ p̃ vnoquoq̃ de mltis Gene.26. Et fuerũt exacerbãs spm̃ i. vnaquæq̃ ear̃ fuit exacerbãs. Et .27. Maledicẽtes tibi maledictus, ꝛ bñdicẽtes tibi bñdictus i. vnusq̃sq̃ ẽ maledicẽtibus, et vnusq̃sq̃ ex bñdicẽtibus, Exodi. 17. fuit manus eius .i. vtraq̃ manus. Gene.49. filiæ ĩcedebat .i. vnaquæq̃ ẽ filiabus, et pri. Reg. 4. Et oculi eius caligauit .i. vterq̃ oculus, p̃o.118. Rectũ iudicia tua.i. vnũq̃dq̃ ex iudicijs tuis, puer .1. Sapiẽtiæ foris p̃dicabit .i. vnaq̃q̃ ẽ sapiẽtijs, ꝛ. 9. itidẽ Sapiẽtiæ ædificauit domũ suã, Et.3. Et fulciẽtes eam beatus .i. vnusq̃sq̃ ẽ fulciẽtibus, Et eo.cap. et stulti exaltat ignominiã .i. vnusq̃sq̃ ẽ stultis, Et. 14. Sapiẽtes mulieres ædificauit domũ suã .i. vnaq̃q̃ ẽ sapiẽtibus .

¶ Sextadecima est q̃ frequẽt̃ particula or̃onis non ligat̃ cum dictiõe p̃piqua, Sed remota .

Adhuc mos est diuinæ scripturæ, vt particulæ or̃onis ligẽt̃, nõ cũ p̃piqua

qua, Sed cũ remota dictiõe vt ꝑo.39. Veritatẽ tuã, ⁊ salutare tuũ dixi, nõ abscõdi mi̇ꝑicordiã tuã, et veritatẽ tuã. in ecclesia mľta, particulæ i eccľia magna ligať cũ dixi, et nõ cũ abscõdi. Nã si ligareť cũ abscõdi, dixisset מִקָּהָל ab ecclesia. Et psal. 138. Mirabilia opa tua, et aĩa mea cognoscit valde. dictio valde ligať cũ opa tua. Et ꝑo.118. ꝑcepta tua custodiã, ne dereliquas me vsq; valde, dictio valde ligať cũ custodiã. Et Exodi. 23. Caue à facie ei⁹ ⁊c. qa nomẽ meũ i medio ei⁹, quia nomen. reuertiť ad caue ⁊c. Et.3. Reg.6. Anno quarto, mẽse Ziu, ip̃e est mẽsis scõs. quo regnauit Selomóh, quo regnauit reuertiť ad ãno quarto, Et Jsa.47. Saluẽt te astrologi cœli, vidẽtes i stellis, scire faciẽtes mẽses, ab his q̃ vẽtura sũt sup te. Ordo ẽ saluẽt te ab his q̃ ⁊c. Et Deuť.15. Et etiã ãcillæ tuæ facies sic, reuertiť ad. Si dixerit tibi ⁊c. Et Exo.15. Tũc ẗriti sũt pꝛicipes Edóm, ⁊c. defluxerũt oẽs habitatores Chenáhan, cadat sup eos ⁊c. Cadat reuertiť ad pꝛicipes Edóm ⁊c. Et.3. Reg.2. Et posuit sãguine belli in pace, qð referť ad Abnér, et nõ ad Hamasá, Et ꝑo.98. Jn colũna nubis loq̃bať ad eos, qð referť ad Moséh, et aharón, et non ad Semuél.

¶ Decimaseptima Sacris i lřis mľta quo ad sẽsũ redũdãt, q̃ si dempseris, in cõgruam facies orationẽ.

Præterea sacris i lřis mľta, quo ad sẽsũ redũdãt, q̃ si demere volueris, i ꝯgruã facies oꝛonẽ ꝙ hebꝛeæ liguæ, is sit loquẽdi modus sicut Exo.25. אֲשֶׁר יִסַּךְ בָּהֶן q̃bus libabiť i eis ꝑ i quib⁹ libabiť, vbi i eis redũdat quo ad sẽsũ, Et Geñ.2. אֲשֶׁר־בּוֹ נֶפֶשׁ חַיָּה Quo i eo aĩa viuẽs. i. iquo ẽ aĩa viuẽs, Et iterũ אֲשֶׁר זַרְעוֹ־בוֹ quo semen ei⁹ i eo ꝑ inquo sit semẽ ei⁹, vel cuius semen sit in eo, Et id genus multa sũt.

¶ Decimaoctaua ꝙ sacris i literis nõnulla sunt quæ scribũť, et nõ legũtur, vel cõtra, quædã vno modo scribuntur intrinsecus,

cus, et altero extrinsecus.

¶ Amplius sacris in libris, quædã scribũtur, ⁊ nõ legũtur, ⁊ q̃dam vno modo scribũtur ⁊ altero legũtur vt .2. Reg. 15. אם כי נאם nisi in loco ⁊c. vbi אם scribitur, et nõ legitur, Et .16. ולהלחם. Et panẽ ⁊c. i quo scribitur lámed, et nõ legitur, Et eo. cap. Et reddat mihi dñs bonũ pro קללתי scribitur cũ iod, ⁊ legitur cũ vau cũ iod maledictiõem meã, cũ vau maledictionẽ ei⁹ significãs, Et eod. cap. לא אהיה scribitur cũ áleph significãs nõ ero ⁊ legitur tũc interrogatiue. Nõ ero, et secũ manebo? Ac si. d. ita, Et legitur cũ vau qđ significat ei. ⁊ ei⁹ .i. ei vel ei⁹ ero, Et eodẽ cap. Quẽadmodum כשאל בדבר האלהים ꝯsuluisset p verbũ dei ita scribitur. Sed legitur כשאל איש ꝯsuluisset vir, vel q̃spiã p verbũ dei, Et .17. scribitur fœmineo gñe באחת i vnũ ẽ locis, et legitur באחד masculino gñe q̃ מקום .i. loc⁹ vtroq; in genere inueniatur, Et .3. Regum, 12. scribitur ויבו et venit, cum vau et legitur cum áleph q̃ in quibusdam codicibus scriptum esset ויבו, in alijs ויבא Et .17. scribitur עדיום תתן vsq; ad diem quo dedit ⁊c. cũ nun, et legitur sine nun Et .4. Reg. 5. scribitur. Et venit Nabamán בסוסו q̃ scriptũ esset in quibusdam codicibus בסוסו cum equo suo, in alijs vero בסוסיו cum equis suis Et id genus. Et hæc fuerunt annotata à scribis, et viris doctissimus q̃ post primam captiuitatem in qua, et viri docti. et libri sacri penè perierant, inuenissent codices in plerisq; locis discrepare in verbis, sensu eodem manente. Et interdum vnum scribebant intrinsecus, alterum extrinsecus, quẽadmodum et nos hodie nostris videmus in codicibus.

¶ Decimanona q̃ numerus pluralis dicitur de singulari.

D hæc numer⁹ multitudinis sæpe dicitur de singulari honoris gratia, vt multis ostẽdim⁹ exẽplis libro

libro secũdo cap.4.

¶ Uigesima q verbũ masculinũ sæpe inuenitur cuz nomie fœmineo. Et fœmineũ verbũ cum masculino nomine.

Amplius masculeum verbum multotiens inuenitur cuz fœmineo noie, ⁊ fœmineũ verbũ cum masculeo noie, quẽadmodũ (multis locis citatis) in tertio secũdi libri capite, ostendimus.

¶ Uigesimaprima q verbũ redditur vt exigit nomẽ proximũ, siue masculeum, siue fuerit fœmineũ.

Sacris præterea in libris verbuz redditur proximo nomini, siue masculeũ, siue fœmineũ sit vt.3. Reg.17. וַתֹּאכַל Et comedit ipsa, ⁊ ipse, Et nũi.12. וַתְּדַבֵּר. Et locuta est Miriám, ⁊ Aharón. Et Estér.9. וַתִּכְתֹּב ⁊ scripsit Estér regina filia Abichail, ⁊ Mordochai Jehudæus.

¶ Uigesimasecũda literæ per figurã, quæ dr pleonasmos, sæpius redundãt.

Amplius sacris in literis per figuraz quæ dicitur pleonasmos, literæ sæpius redundãt, ⁊ in noibus, ⁊ in verbis.

¶ Aleph redundat vt Jeho.10. הֶהָלְכוּא Qui iuerũt cũ eo. Isai. 90. Nõ אָבוּא voluerũt audire.

¶ Beth redũdat puer. 9. Comedite בְּלַחְמִי .i. panẽ meũ, ⁊ bibite בְּיַיִן vinũ, Jiób .16. Aparuerũt super me בְּפִיהֶם .i. os suũ, Eze.26. בְּרוּחוֹ Spiritus eius cœlos ornauit, Et psalmo .79. ppinasti nobis בִּדְמָעוֹת lachrymas, quamq̃ et aliter potest exponi, vt dictum est in vndecima regula.

¶ He redũdat in verbis i Macór, et in futuro vt suis habes in locis, Et sic psal.115. נֶגְדָה coram nunc omni populo eius Et eodem psalmo preciosa in oculis domini הַמָּוְתָה mors sãctorum eius, Et Neechemiá.9. vt duceret eos בְּהַדֶּרֶךְ in via, Et Judicũ .14. Anteq̃ occumberet הַחַרְסָה .i. sol, Et .4. Reg. 16. Et ingressum regis הַחִיצוֹנָה extrinsecum pro הַחִיצוֹן.

¶ Uau

¶ Uau redūdat vt Gene.j. Et חַיְתוֹ. Et bestiā terræ p̄ חַיַּת, Et sic p̄s.49. Mea est oīs חַיְתוֹ bestia syluæ, Et Nūeri.24. בְּנוֹ filius Bebór p̄ בֵּן, Et Jiób.37. pluuias עֻזּוֹ fortitudinis .i. fortes, aut vehemētes, Et p̄s.113. Silicē לְמַעְיְנוֹ .i. infōtē aquarū, Gen.36. filij Sibhón וְאַיָּה וַעֲנָה ꝛ Aiáh, ꝛ Hanáh p̄ Aiáh, ꝛ Hanáh, Et psal.75. Soporatus est וְרֶכֶב וָסוּס Et curr⁹, ꝛ equus pro curr⁹, ꝛ equus, Et Jiób.23. A p̄cepto labiorū, ei⁹ וְלֹא אָמִישׁ ꝛ nō recedam. Nechem .4. Medietas eorum tenebant וְהָרְמָחִים ꝛ lanceas pro lanceas, Et.2. Regū.15. fui seruus p̄ris tui וַאֲנִי ꝛ ego ex tūc, p̄ ego, Et.4. Reg. 4. Et dixit וּקְחוּ et accipite farinam pro accipite, Et Gene.22. In die tertia וַיִּשָּׂא et leuauit Abrahám oculos suos p̄ leuauit, Et eod.cap. Et fuit post verba ista וְהָאֱלֹהִים ꝛ deus tentauit Abrahám pro deus, q̄ꝗ sunt q̄ exponunt tunc leuauit, tunc deus, vt dictum est libro primo.

¶ Jod redūdat vt Genesis .31. גְּנֻבְתִי furatū dici p̄ גְּנֻבַת, Exo.15. Dextera domini נֶאְדָּרִי magnificata est pro נֶאְדָּר, Et.4. Reg. 8. Uade אַתִּי tu. psal.134. Misit signa, et prodigia בְּתוֹכֵכִי in medio tui Aegypte pro בְּתוֹכֵךְ, Et prouer.6. Tene רֵעֶךָ proximū, vel amicum tuum, Thre.j. Ciuitas רַבָּתִי copiosa populo, Et ibidem שָׂרָתִי principis in puicijs, Hose.10. אֹהַבְתִּי diligēs triturare, Et Jsa.1. מְלֵאֲתִי plena iudicij, Cāti.1. לְסֻסָתִי Equæ in curribus pharhonis, q̄ꝗ sūt qui exponunt. Equæ meæ.

¶ Caph redundat vt Jiób.24. Et in nocte כְגַנָּב fur. Et illud כְּאִישׁ Uir veritatis, q̄ꝗ dici potest q̄ caph est veritatis expressiuum vt illud Joannis.1. Quasi vnigeniti ꝛc.

¶ Lámed redundat Exodi.27. לְכָל כֵּלָיו. Omnia vasa eius facies ærea, Exo.9. לְמִן הַיּוֹם. A die qua fundata est, Et .2. Reg.3. Occiderunt לְאַבְנֵר Abnér, ꝛ p̄s. 68. Tu nosti לְאִוַּלְתִּי .i. stultitiam meam, Et .115. Soluisti לְמוֹסֵרָי vincula mea. Et .2. Reg. 3. Et terti⁹ לְאַבְשָׁלוֹם. Absalóm fili⁹ Mahacháh, Jehó.10. Nō

monuit contra filios Israél לְאִישׁ vir, vel quisq̃ linguam suã, q̃ q̃ potest exponi in quẽquam Exo. 20. לְנַסּוֹת vt tentaret vos, pri. Regum. 2. De primitijs omnis oblationis Israél לְעַמִּי populi mei, Et. 2. Regũ .16. וְהַלֶּחֶם et panem.

Uigesimatertia q̃ sacris in literis multæ cõtinentur figuræ.

Sacris in literis multæ continẽtur figuræ quarũ hic nonnullas inseram, vt secularium literarum professores moneantur, ẽ sacris literis schemata omnia profluxisse.

Anaphora. idest relatio est eiusdem partis orationis per diuersa mẽbra repetitio vt psalmo. 17. יֹאמַר נָא Dicant nũc domus Aharón, quoniam in sæculum misericordia ei⁹ יֹאמְרוּ נָא Dicant nunc qui timent dominum ⁊c. Et paulo inferius טוֹב Melius est sperare in domino, q̃ sperare in homine טוֹב. Melius est sperare ĩ domino, q̃ sperare ĩ principibus.

Anastrophe. i. inuersio, siue reuersio aut p̃uersio est qñ pro nimus ordine cõuerso sentẽtiã vt. p̃o. 23. Hic accipiet benedictionẽ a dño, ⁊ misericordiam à deo salutari suo. prius. i. miam elargitur nostris parcẽs peccatis, deinde benedictiõis munera donat.

Antiprosopõ est qñ pro hõie ĩgrato, p̃sona ponit̃ gratissima vt. p̃o. 78. Quia comederũt Jahacób, ⁊ locũ eius. desolauerũt p̃ gẽte eũ q̃ peccauerat. reuerẽdissimi patriarchæ nomẽ obiectũ est, cõpositũ nomen ex anti cõtra, ⁊ prosopon p̃sona.

Antiptosis est quãdo casus p̃ casu ponitur vt cum laméd, qđ ẽ signũ dãdi casus, ponit̃ p̃ אֶת qđ ẽ signũ accusãdi vt exo. 27. ⁊ p̃o. 115. q̃ sũt citata ĩ. 22. rẽa. lámed redũdat ⁊c. Nã illđ lámed redũdat, aut ponit̃ vice אֶת qđ ẽ dictu, dtũs ponit̃ p̃ actõ. ⁊ ĩ euãgelio s̃monẽ quẽ audistis, nõ est meus.

Apostrophe

¶ Apostrophe est conuersio quoties ad diuersas personas verba cōuertimus vt psal. 19. Tribuat tibi ꝛc. Lætabimur in salutari tuo ꝛc. Impleat dñs ꝛc. Nūc cognoui ꝛc.

¶ Auxesis idest augmētum est figura quæ ascendendo quædā nomina per membra singula rerum augmenta cōgeminat psalmo. 3. Tu domine clypeus pro me, gloria mea, et exaltans caput meum, Et. 18. Iudicia domini veritas, iustificata sunt pariter, et desiderabiliora auro, et auro multo, et dulciora melle, te fauo.

¶ Catachresis idest abusio est quotiens aliena rerum nomina nō habentibus commodāturvt psalmo. 74. Omnia cornua peccatorum confringam, et exaltabuntur cornua iusti.

¶ Characterismos idest informatio, descriptio figura quæ siue rem præsentem, siue absentē, siue presentem personam spiritualibus oculis subministrat. Quod et in laude, et in vitupeꝛio fierit solet vt psal. 20. Posuisti in capite eius coronam dē lapide ꝓcioso. Et psalmo. 44 Astitit coniunx ad dexterā tuā cum corona ꝛc.

¶ Climax idest. Scala figura est quando positis quibusdam gradibus siue in laudibus, siue in vituperatione semper accrescit, postremo verbo in primo comate existente, in sequenti iterato vt ad Romanos. 5. Tribulatio patientiam operatur, patientia probatiōez, ꝓbatio spem, spes aūt nō confundit, psalmo. 105. Et effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorū suorum, ꝛ filiarum suarum, Et. 143. Non est diuisio, neqꝫ egrediens, neqꝫ clamor in plateis eorum.

¶ Diaphoresis idest differentia figura est per quam fit personarum differentia vt inter iustum et impium psalmo. 36. Mutuatur peccator, et non soluet, iustus aūt miseretur, et commodat, Et rursus Quoniam benedicentes ei possidebunt terrā m, maledicentes autem ei dispergentur.

¶ Diatyposis idest formatio: dispositio, expressio figura est vbi rebus personis vel subiectis, et formæ ipsæ, et habitus exprimuntur vt psalmo. 30. Conturbatus est in ira oculus meus, anima mea, et venter meus &c.

¶ Emphasis: idest significatio demonstratio expressio figura qua latens aliquid ex aliquo eruitur dicto, cuius duo sunt genera. Alterum quod plus quam dicit, alterum quod etiam id quod non dicit. idest quæ significat id quod non dicit vt psal. 23. Secundum misericordiam tuã memento mei tu, propter bonitatem tuam domine, in quo fecit intelligi non propter meritum meum.

¶ Enargia idest euidẽtia, manifestatio figura ẽ cũ res ita describitur, vt cerni videatur vt psalmo. 33. Magnificate dominum mecum, et exaltemus nomẽ eius in idipsum. Et. 36. vidi impium superexaltatum &c.

¶ Aenigma, id est obscura allegoria, vel quæstio vt in libro iudicum. De comedente exiuit cibus &c. pertinet ad allegoriam, quia aliud dicit, aliđ significat.

¶ Epanodos, idest reditus regressio, idest repetitio rerũ quæ iunctim dictæ sunt vt psal. 113. Quid est tibi mare quod fuisti &c.

¶ Epexergasia, idest diligentia figura quæ fit quoties vni causæ duas probationes apponimus vt psalmo. 36. In dieb⁹ famis saturabuntur quia peccatores peribunt et inimici domini vox vt honorificati sunt deficient &c.

¶ Ephegesis, idest expositio prioris dicti, vt psalmo. 7. Domine deus mi si feci istud, si est iniquitas in manibus meis, et psalmo. 20. Magna est gloria eius in salutari, gloriam et magnum decorem impones super eum &c. Et. 29. Domin⁹ fact⁹ est adiutor me⁹. Cõuertisti plãctũ meũ i gaudiũ &c. Et. 36. Reuela dño viã tuã, et ipse faciet et educet tanquam lumen &c.

¶ Epicherema. i. conamen, rõ, approbatio, quæ fit quoties rẽ de qua agit, per exẽplũ aliqđ probare

cõcedimus

contendimus psalmo .26. Dominus illuminatio mea &c. Dũ appropiant super me .no.&c.

¶ Epidiorthosis idest correctio idest superioris rei correctio vt psalmo .61. Salus mea, refugium meum, non mouebor amplius, vel multum in quo significat se aliquando motum.

¶ Epimone idest perseuerantia, assiduitas quæ figura fit quando similia dicta crebra repetitione geminantur vt psalmo .12. Vsque domine obliuisceris me ĩ sæculum, vsque quo exaltabitur inimicus &c. Et .28. Afferte domino &c. Afferte domino gloriam &c.

¶ Epanalepsis idest Repetio figura quæ fit quando dictio in principio versus posita, iterum in fine versus repetitur vt psal. 82. Deus quis similis tibi ne taceas, neque compescaris deus.

¶ Epiphonema idest acclamatio figura est quæ post narratas res breuiter cum acclamatione prorũpit, post omnia desinens in exaggerantissimam summitatẽ, vt postquam dixit psalmo .22. Dominus regit &c. in fine conclu dit, vt habitem in domo domini &c. Et .30. In te domine speraui &c. Et ĩ fine Viriliter agite, et confortetur cor vestrum, Et .134. Laudate nomen domini &c. Et post ea. Omnia quæcũque voluit fecit &c.

¶ Epitrochasmos idest super effusio figura quæ succinte ea quæ sunt effusius dicenda perstrigit vt psalmo .22. Dominus regit me &c. in quo breuiter dixit, quod in subsequentibus latius enumerauit, Et .69. Deus in adiutorium meum &c. in quo versu quæ latius sentienda sunt, breuiter explicantur.

¶ Epizeusis idest combinatio, vel coniugatio figura quæ fit quoties in vno versu sermonem sine aliqua interpositione geminamus vt psalmo .108. Et tu domine domine fac mecũ &c. Et .139. Domine domine virtus salutis meæ.

¶ Erotema idest interrogatio vt psalmo .2. Vt quid congregauerunt se gentes. Et .3. Domine quid multiplicati sunt &c.

¶ Ethopeia figura fit quoties introducimus aliquem ad loquendum vt psal.80. In tribulatione inuocasti me &c.

¶ Aetiologia idest causæ redditio figura quæ fit quoties præmissæ rei decora subiungitur ratio, vt psalmo .15. propter hoc lætatum est cor meũ &c. quoniã non derelinques animam meã in sepulchro &c.

¶ Exallage idest ꝯmutatio vt psalmo.2. Tũc loquetur ad eos &c. Deinde mutat personã Ego autem constitui regem meũ &c.

¶ Exetasmos idest exquisitio, quæstio figura cũ res plures diuisas cum interrogatione exquirentes, singulis, quæ conueniũt, applicamꝰ vt psalmo.22. Quis ascendet in montem domini &c. Innocens manibus &c. Et .14. Dominus quis hitabit &c. Qui ambulat sine macula &c.

Hypallage idest submutatio de qua superius dictum est.

¶ Hyperbaton idest transgressio transcensio figura quæ fit cũ suspensuz verborum ordo, inferius explicatur vt psalmo .36. Ne æmuleris in eo qui prosperatur in via sua &c. Et adhuc pusillum &c. Et filiæ tyri &c.

¶ Hyperbole idest excessus figura per quam solent aliqua in magnitudinem exaggerationis extendi, cum dictio excedens fidem, ponitur augendi, vel minuendi gratia vt psalmo .6. Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis stratum meũ rigabo, Et .106. Ascendunt vsqꝫ ad cœlos, et descendunt vsqꝫ ad abyssos.

¶ Hypthesis :idest superpositio superlatio figura ẽ cum aliquam rem opinioẽ omnium notam, sententia nostra superare contendimus vt psalmo .17. Et ascendit super cherubim, et volauit, volauit super pennas ventorum, Et .50. Lauabis me, et super niuem dealbabor.

¶ Hypozeusis idest sub coniunctio figura quæ fit quãdo diuersa verba singulis apta clausulis, apponuntur vt psalmo pri. Beatus vir qui nõ ambulauit in consilio impioꝝ, et in via pe. non stet, et in cath. derisorum

non

non sedit.

¶ Hyzmos conuenientia, vel vinculum figura est quando series orationis tenorem suum seruat vsq ad vltimuz, vbi nec persona alia, nec causa mutatur vt psalmo. 53. Deus in nomine tuo &c. Et. 132. Ecce q̄ bonum.

¶ Homocoteleutō. idest similiter finitum similiter desinens figura est cum plura verba in eandem vocem finiunt vt psal. 84. Benedixisti domine, ter. t. Remisisti ini. ple. t, Operuisti. o. pec. e. Mitigasti &c.

¶ Homocosis, idest similitudo tropus, siue figura est cum ex similitudine cogniti, deuenimus in cognitionem incogniti, siue per quam minus notæ rei, ex similitudine eius. quæ magis nota est demonstratio declaratur vt psalmo. 122. Ecce sicut oculi seruorum &c. Et sicut oculi ancillæ &c.

¶ Homocoptoton. i. similiū casuum. aut similiter cadens. Dicitur & homoptotō similium casuum figura cum in similes sonos, diuersa exeūt verba vt psalmo. 97. Cantare, exultate, et psallite.

¶ Ironia. i. irrisio, simulatio, illusio. idest figura cum aliquid per contrarium dicitur, et illusionem vt psal. 21. Sperauit in domino, eripiat eū &c.

¶ Ison. idest æquale figura quādo res aliquæ parilitate similes adhibita laude, vel detractione iunguntur vt psalmo. 91. Justus vt palma florebit &c.

¶ Leptologia, idest subtilis locutio quando res singulæ minutatim. et subtiliter indicantur vt psal. 51. Dilexisti malitiaz super benignitatē iniq̄tatē magis q̄ loqui æquitatem, Dilexisti omnia verba &c.

¶ Metabolé : idest mutatio idest iteratio vnius rei sub varietate verborum vt psalmo. 5. Verba mea auribus percipe domine intellige clamorem meum, Intende voci &c. Quod totum ad vnam respicit petitionem. Ac si dicat. Exaudi orationem meam, Et. 68. Non me demergat &c.

¶Metaphora: idest translatio cum mutatur nomen, aut verbum ex eo loco vbi proprium est in eum in quo, aut proprium deest, aut translatum proprio melius vt psalmo. 31. Verumtamen in diluuio aquarum multarum ad eum non appropinquabunt &c. Et. 146. Qui alligat contritiones eorum &c. Metaphora ab artificibus medendi. Et psalm̄. 3. Cuz exarserit &c.

¶Metastasis, idest transmutatio translatio dum culpam nostram in alium transferre conamur vt psalmo. 140. Non declines cor meum in verba ma. ad excusa. in pecca.

¶Metonymia: idest transnominatio, que fit quoties intellectum rei, diuersis modis, verbis alienis, ac translatitijs indicamus vt psalmo secundo. Qui habitat in cœlis irridebit eos &c. Et Genesis decimonono. Nunc cognoui quod timeas dominum: idest cognoscere feci te quod timeas dominum. Est etiam metonymia quando per id quod continet hoc quod continetur dicitur, Vt psalmo. 46. Et vocauit terram idest homines terræ. Et sexagesimoquinto. Jubilate deo omnis terra, et. 104. Lætata est ægyptus.

¶Metriasmos, idest mediocritas, quæ fit quoties rem magnā mediocri relatiōe proferimus vt psalmo. 30. factus sum tanquam vas perditum, et. 34. Ego autem cum mihi molesti essent, induebam me cilicio. Humiliabam &c. Et. 68. Ego suz pauper, et dolens.

¶Parabola: idest comparatio, idest rerum dissimilium comparatio vt psalmo. pri. Et erit sicut arbor plantata &c. Et decimosexto. Sub vmbra alarum tuarum.

¶Paradigma: idest exemplū idest narratio per exemplum hortans aliquem, aut deterrens, hortans vt beatus vir &c. psalmo primo et erit sicut arbor &c. deterrens vt. Nō sic

impij,

impij, Sed tã͡q̃ &c. Et. 33. Vultus aũt dñi super faciẽtes mala

¶ Paradoxa, idest inopinabilia, præter opinionem, exit⁹ inopinatus cũ aliud ꝑponit̃ aliud explicatur vt p̃s. 17. Deus me⁹ impolluta via ei⁹. Aggressus dicere q̃d exoratiuũ, subiunxit ei exitum inopinatum. Impolluta via eius. Et. 83. Domine deus virtutum, beatus homo qui sperat in te.

¶ Paranomasia idest agnominatio, vel denominatio vt psalmo. 144. Miserator, et misericors dominus, &. 118. bon⁹ es tu.

¶ Paraprosdocia idest præter expectationem idem quod paradoxa.

¶ Parenthesis idest insertio, interpositio figura quoties remota de medio sẽtentia, ĩteger sermo perdurat vt psalmo. 16. Vt non loquatur os meũ opera hominũ (propt̃ verba labiorũ tuorum) ego custodiui mas duras, q͡q̃ & aliter potest ordinari verborum series.

¶ Parison idest æquale quando duæ res ẽ diuerso ponuntur, Sed vna magis eligitur vt p̃s. 83. Melior est dies vna &c. Et. Elegi abiectus esse &c.

¶ Parœmia idest prouerbium quod multorũ ore frequẽtatur vt Omnis homo mendax psal. 115. Et durum est tibi ꝯtra stimulum calcitrare Actu. 9.

¶ Peusis idest ĩterrogatio vbi interrogatio fit, & responsio subsequitur vt psal. 4. Multi dicũt Quis ostendit nobis bona, Signatum est super nos lumen &c.

¶ Pleonasmos idest suꝑabundantia vt psalmo. 73. Incenderunt igni sanctuarium tuum, Et. 141. Voce mea ad dominũ clamaui.

¶ Procatalepsis idest præoccupatio dicitur et prolepsis vt p̃s. 50. Quoniã iniquitatem meã ego agnosco &c. Quasi .n. in vẽturo iudicio cõstitutus delictorum suorum aspectus teterrimos pertimescit.

¶ Prophonesis idest exclamatio quæ fit quoties ĩter alia quæ loquimur, ad deum subito, vel ad quempiam verba conuertimus vt psal. 54. Veniat mors

sup illos. rc. Ego autē ad deū clamaui.

¶ Prosopopeia psonæ factiua prosopon. est persona, r poiēo facio figura est cū persona aliqua fingitur vt cum inanimatum, loquitur ad animatum vel contra vt psalmo. 92. Eleuauerunt flumina vocem suam rc.

¶ Samotopæia idest corporis factiua idest attributio figura quando rebus in corporeis corpora tribuuntur vt psalmo. 84. Justitia, r pax osculatæ sūt. Misericordia et veritas obuiauerunt sibi.

¶ Syllepsis idest conceptio, cōprehēsio quæ fit cum pluralis dictio singulari verbo complectitur vt in. 15. regula.

¶ Synathrismos idest congeries, congregatio figura quando plurimæ res in vnum, aut plurima crimina colligūtur vt psalmo. ij. Saluum fac me domine quoniam defecit sanctus quoniam diminutæ sunt veritates rc. Et psalmo. 22. Dominus regit me rc.

¶ Synchrisis comparatio dum comparatione quadam iustiorē causam nostram, ꝙ aduersarij demonstramus vt psalmo. 19. Hij in curribus, et hij in equis, nos autem i nomine domini rc. Et. 25. In quorum manibꝰ iniquitates sunt rc. Ego autem in innocentia mea rc.

¶ Synchoresis idest concessio quotiens aliqua importune desiderantibus conceduntur, quæ ad vtilitatem illorum pertinere non possunt vt psalmo. 77. Et manducauerunt et saturati sunt, et desiderium eorum attulit eis rc.

¶ Syndicasmós collatio quando sibi, aut psonæ, aut causæ siue ex contrario, siue ex simili cōparantur vt psalmo. ij. Eloqua domini eloquia casta rc. Et. 51. præualuit in vanitate sua, ego autem sicut oliua fructifera rc.

¶ Synecdoche vt in quarta regula.

¶ Tapinosis idest humiliatio, quæ fit quoties magnitudo mirabilis rebꝰ humillimis ꝯparat vt p̄o. 21. Ego aūt sū vermis rc.

¶ Tantologia

¶ Tantologia. idest eiusdẽ sermonis iteratio vt benedicendo benedicam. Multiplicãdo multiplicabo semẽ tuum &c. frequẽtissima est sacris in literis, & augendi gratia fit.

¶ FINIS.

Registrum huius operis.

A B C D E F G H I K L M
N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb Cc Dd. Omnes sunt quaterniones; præter Dd qui est ternio.

SANCTA TRINITAS VNVS DEVS MISERERE NOBIS

❡Expliciunt Quatuor Libri Institutionũ
Hebraicarũ, Impressi Lugd. p̄ Anto
niũ du Ry, Impẽsis Reuerẽdissi.
Do. frãci. d Claromõte epi
cardialis auxita. lega
ti Auenioñ. an.
Dñi. M. d. xx
vj. Die. j.
Mẽsis
Octo
bris.